So ist in gleichem wolgedachtem Herrn von Ramberg / tanquam personæ non nobili solùm, sed & illustri, ac etiam officiorum ratione in magna dignitate constitutæ, gar nicht anzutrawen / daß er / wider sein wissen vnd Gewissen / sich zu einem Eyd anerbieten / vnd falsch schwören werde.

27 Quò confert *Can. nobilissimus. 97. dist.* ubi expressè dicitur, credendum esse viro nobili, & optimis moribus ornato. Per quem textum glossa ibi notavit, quòd interdum voci & assertioni unius creditur, quando persona est honesta & authentica. Ad idem quoque faciunt ea, quæ copioso stylo tradit Iason. *in authent. iubemus. num. 12 vers. istam conclusionem. C. de indic.* ubi dicit, propter excellentiam personæ, recedendum esse à jure: & latissimè sequitur Hippol. de Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem. num. 8. vers. limita etiam. ff. de quæstion.* ubi ait: quòd probo viro credendum sit, & plurima privilegia adducit, quæ legalitati personæ, à jure nostro sunt attributa.

28 Sic & simili ex causa, Iudex, in defectum probationis, juramentum Reo deferre solet, se non deliquisse; quod juramentum Purgationis appellatur, ac Reo tùm concedi solet, quando nullæ plenæ probationes, sed tantùm urgentes præsumptiones, adversus eum existunt. Bartol. *in l. maritus. in fin. ff. de quæstion.* Pacian. *lib. 1. c. 39. n. 12. & seqq.*

29 Et in specie nostri casus, Investituram fuisse factam, si Dominus neget (quia fortè coram testibus Paribus facta non est, vel quia de illius Instrumento non constat) posse Vasallum, si in possessione feudi existit, illam suo juramento probare, jurando, se esse investitum, communiter est receptum: præsertim si verisimilitudo, & alia adminicula concurrant. *c. 1. §. si vasallus. quid sit Investit. & c. unic de content. inter Domin & vasall. de investit. feud.* & ita tradit Ioann. Ign. *in l. necessarios. §. non alias. n. 322. vers. si verò quæstio ff. ad SC. Silan.*

Hæc tamen intelligenda sunt, concurrentibus *primò*, ut Vasallus anno integro, tanquam investitus feudum bonâ fide possederit: Item & *secundò*, quòd sciente, & non contradicente Domino, in feudi possessione permanserit, ut sancitum est *in cap. unic. §. si quis. vers. si autem aliquis. tit. si de investit. inter Domin. & vasall. lis oriatur.* & *tertiò*, quòd Dominus servitium à Vasallo receperit, vel saltem pro Vasallo agnoverit possidentem. Istis enim tribus concurrentibus, licet Vasallus Investituram non probet, obtinebit tamen præstito juramento, nisi aliud contrarium à Domino probetur. *cap. 1. in princ. vers. inde etiam. & cap. fin. vers. vasallo verò. de consuet. rect. feud.* & sequutus idem Ign. *in d. §. non alias. num. 322. vers. ego comperio. & num. 331. vers. ex prædictis.* Hæcque cuncta nostro in casu concurrunt. 30

Zu allem / so anhero außgeführt / kompt letzlichen auch dieses / daß gegenwertiges feudum kein angesetztes / oder ex liberalitate der Herrn Bischoffen zu Str. herrührt / sondern ein recht frey / vnd gutwillig auffgetragenes Lehen ist: ita enim in antiquissimo, nobisq; per Copias communicato latino Instrumento habetur, quòd Anno N. Dominus N.N. elegit potius habere ab Ecclesiâ Str. prædicta bona in feudo, quàm in jure proprietatis, cùm tamen ad voluntatem suam positum fuerit, sibi quod ipsorum mallet, eligere &c.

Wann dann dieses Lehen proprietas dergestalt / & ex mero donationis titulo, an das hohe Stifft Str. kommen / vnd von dem ersten Vasallo, allein auß devotion, vnd sonderbarer affection gegen hochermelte Stifft / widerumb zu Lehen angenommen worden / solle billich der Lehen-Herr mit dieses Vasalli Descendenten, etwas gelinders fahren / auch sie / da schon in omittendo eines / oder das ander committirt, nicht zu gefähren begehren. Welches dann ebenmässig der Herr Richter in acht nemmen / vnd dabeyneben erwegen wird / quòd in dubio semper pro possessore sit judicandum, *c. cum à sede. de prabend. in 6.* Curt. Sen. *in repetit. l. admonendi. num. 323. vers. tertiò moveor. ff. de iureiur.* Afflict. *in cap. 1. col. 2. vers. propterea sciendum. qui success. ten. & in c. 1. num. 17. versic. 8. de content. inter Domin. & fidelem.* Coras. *in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 17. ff. de acq. possess.* Nevizan. *cons. 79. n. 27.* 31

Item, cùm hoc, quòd vasallus, propter Investituram non petitam intra annum & diem, feudo privatur, sit & iniquum & odiosum; illud, quantum fieri potest, restringi debeat. *Iason. consil. 64. lib. 3. & consil. 117. lib. 4.* Socin. Iun. *consil. 113. num. 16. lib. 2.* Ac etiam Princeps munificus, non 32

debet nisi ex circumventione temporis, eo præsertim casu, ubi non per contemptum Domini vasallus Investituram petere neglexit. Andr. de Isern. *in cap. 1.* & ibi Martin. Laudens. & Præpos. *quo tempor. miles.* Afflict. *c. 1. num. 19. de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* Iason. *consil. 64. num. 4. vers. sed hoc non obstante. lib. 4.* Rol. à Vall. *consil. 64. circ. fin. lib. 4.* Quâ de re in quarta quæstione, pluribus agetur.

Responsiones ad Dubitandi Rationes.

Diesem so jetzo decisivè außgeführt/ soll vnd kan einigen abbruch nicht gebeheen/ was in dē dubitandi rationibus eingewendt: dann zum Fall man gleich gestehet / quòd non agenti Domino, sed potiùs vasallo probatio feudalis recognitionis incumbat. So ist doch in rationibus decidendi, zu rechtlicher genüge erstritten worden / daß sie vasalli, tam juris præsumptionibus, quàm aliis adminiculis, also munirt, ut saltem juramento, in supplementum ipsis incumbentis probationis, debeat esse locus.

So ist ingleichem die secunda dubitandi ratio, nicht necessariò concludens: dann in keinem Weg nohtwendig folgt/ daß/ weil diese Lehen-empfängnuß in den protocollis nicht gemerckt / selbige darumb in keinen Weg beschehen seye.

So hat auch der vasallus oder Lehenträger/ hierinn seines theils nichts zu befählen noch zu verordnen gehabt / sondern vielmehr præsumiren, vnd glauben sollen / daß die Lehenstub/ vnd deroselben fürgesetzte/ was sich gebührt / vnd dem herkommen gemäß/ verhandlet/ oder außgeschrieben haben.

So erscheinet ingleichem auß allen vmbständen/ das zu Str. selbsten dieses / als etwas auffgetragenen freyen/ vnd in viel weg privilegirten Lehens/ in eo nicht so hoch/ als andere Lehen geachtet worden/ also auch diß orts wol geschehen sein kan / daß allein die recognitio jenigerZeithen auffgemerckt/ so von den Herrn von Ramberg solenniter empfangen werden müssen: Zu dem/ man dißseits noch nicht weiß/ ob die ältere Recognitiones, also fleissig protocollirt worden.

33 Et insuper quòd dictum fuit, negativam probari per scripturæ inspectionem; circa illud advertendum est, quòd hæc conclusio ita demum procedat, quando affirmativa probari debet per certam scripturam. Tunc enim per inspectionem illius scripturæ, probatio negativæ est concludens: At ubi affirmativa probari potest per plures, ac diversas scripturas, vel etiam alias probationes, tunc per inspectionem unius scripturæ negativa concludenter non probatur. Ruin. *consil. 35. num. 29. vol. 1.* ubi allegat. Bald. *in l. fin. num. 5. de reb. credit.* & sequitur Cephal. *consil. 170. num. 23. vol. 2.* Salicet. *in d. l. final. num. 2. vers. nota igitur col. 1.* cui rei valdè suffragatur illud, quod 34 scribit Cravetta, *consil. 112. n. 7. vol. 3.* cùm ait: ex inspectione protocolli non probari, notarium non fuisse rogatum de quodam instrumento, cùm possit esse, quòd de illo fuerit rogatus, & instrumentum non fuerit protocollatum, cui etiam sine protocollo creditur, ut tradit Bald. *in rubric. C. de fide instrum. num. 49. col. 8.* Pacian. *de probationib. lib. 2. cap. 44. num. 15.*

Nicht weniger irret vns die letzte dubitandi ratio gar nicht/ angesehen bereits erwiesen/ daß nicht allein per Investituram, documentum recognitionis, similemvè scripturam, die Lehens Renovation bewiesen werden muß: sondern solches auch aliis medius præsumptionibus, verisimilitudine, imò etiam vasalli juratâ assertione, beygebracht werden kan. Nec etiam scriptura est substantiâ aut forma investitionis feudalis, ut manifestè ex multis colligitur locis. *cap. 1. si enim Domino.* ibi, vel quia non factum. § *si verò. quid sit investit. cap. 1. si de investit. inter Domin. & vasall. lit. cap. 1. qui test. sint. necessar.* cum similibus. Ex quibus ita Baldus tradit *in rubric. C. de condict. ex leg. in fin.* (ubi inquit, hanc esse unam differentiam, inter feudum & emphyteusin) Alvarott *in d. c. 1. num. 4.* Præpos. *ibid. num. 5.* Camerar. *in repetit. c. 1. de prohib. feud. alienat. per Frider.* Hotomann. *disput. feud. cap. 21. in fin. arg. l. pacta. 17. C. de pact. l. 4. ff. de pignor.* Mozz. *de substant. feud. num. 63.* Vult. *de feud. cap. 7. num. 42.* nisi hoc actum sit. *arg. l. contractus. 17. C. de fide instrum.* 35

36 Et constat insuper, quòd solennitatem suam Investitura habeat ex consuetudine, eaque vel speciali, nimirum illius Curiæ, sive loci, ubi feudum accipitur, & illa ante omnia est attendenda: quia vasallus Investituram accipere intelligitur, juxta consuetudinem Patriæ, vel sui feudi, non prout jus commune feudorum disponit. Paris. *consil. 13. num. 53. vol. 1.* Bursat. *consil. 50. num. fin. vers. nec repugnat, volumin. 1.*

Nun hat es aber mit gegenwertigem Lehen ein solche bewandnuß/ daß man bey selbigem nun länger/ dann hundert Jahr/ niemalen keine schrifftliche investituras, oder auch recognitiones auffgericht/ oder gegebē: sondern es ist der Herr in allweg zufrieden gewest/ wann dieses Lehen von seiner Hand/ nudè & sine omni aliâ solennitate, empfangen worden: So haben sich hingegen die vasalli einig jhrer ruhigen possession beholffen/ vnd keine Lehen-Brieff erfordert.

Quæstio Tertia.

Wie es erst jetzt angedeütter massen/ mit den Lehen-Brieffen vnd documento requisi-

quisitionis, ein bewandtnuß: also ist es gleicher gestalt mit denen / bey dieser Frag angedeuten reversalibus beschaffen. Vnd kan dannenhero/weil dergleichen reversales, bey jüngster belehnung / ex parte vasallorum nicht erfolgt/in keinen Weg geschlossen werden/das darumb solche Belehnung nicht fürgangen/oder dieses Lehen verwürcket worden.

Dann erstlichen die reversales, neque de jure neque consuetudine, dergestalt von nöthen/daß/wo sie vnterlassen / solches pro feloniâ, zu halten/oder/ die Lehen empfängnuß anderer Gestalt nicht bewiesen werden möge: argumento eorum, quæ quæstionibus prioribus deducta jam sunt.

Et quamvis vulgò tradatur, daß der Le-
37 henmann einen Revers von sich geben muß/ darinnen specificè außgetruckt/ was er vom Herrn für Güter zu Lehen empfangen hab. Bald. *in l. sicut. C. de lib. caus. per text.* ibi: in quo disponitur, quòd Dominus, manumittens servum, cogatur ei tradere instrumentum collatæ libertatis; refert & sequitur Iason. *in l. ex eâ parte. à princ. numer.* 10. *ff. de verbor. oblig.* qui subjicit, quòd venditor tenetur emptori facere instrumentum venditionis, sicut & is, qui recipit dotem, instrumentum dotis conficere debet. gloss. *in l. 2. verb. suspecti. in fin. ff. solut. matrimon. & est text. in l. plures. C. de fid. Instrum.* Schneidvv. *in epitom. feudor. cap. 5. num.* 117. & ibi Leopold. Hackelmann. *lit.* O. Ruding. *sing. obs. centur. 4. observ. 33.* ut & Rosenth. *cap. 6. concl. 67. in princ.* scribit: ad dandum instrumentum investituræ Dominum vasallo, sicut & ècontra vasallum Domino ad antapocham ejusdem instrumenti, teneri. Attamen hæc omnia tum demum locum habent, si à Domino petantur, & Dominus non petens juri suo renunciare videtur.

So ist es auch mit diesem Lehen insonderheit also bewandt/ daß niemalen kein Lehen Revers, dann in Anno Fünfftzehenhundert/ Achtzig drey/ wie auch Fünfftzehenhundert/ Achtzig fünffe/ gegeben worden: Inmassen dann bey der Bischofflichen Cantzley / ausserhalb dieser zweyer /kein einiger zu finden sein wird. Es hat auch jetziger Herr Lehenträger/hievon lediglichen nichts gewust/ vielweniger/ auff erfordern / einen von sich zu geben/verweigert.

38 Indeque, etiamsi ejusmodi reversales literæ, de jure feudali communi, necessariæ forent, ac vasallus etiam ultrò, & non requisitus, eas Domino, sub pœna commissi, tradere teneretur; quod tamen minimè dici, nec etiam ullâ juris, vel approbati cujusdam scriptoris, authoritate probari potest: Nihilominus nostro in casu, ex singulari hujus feudi natura, circa illudque recepto longævo usu, & immemorali consuetudine, hoc immutatum esset. Etenim quod nunquam, vel rarò factum fuit, illud necessariò fieri debere minimè præsumi potest. Ac item consuetudinem particularem, & ad singulare quoddam feudum restrictum, tam generalibus feudisticis usibus, quàm etiam Curiæ stylo derogare, nemo dubitare potest. *arg. trad.* à Rosenthal. *cap. 1. conclus.* 13.

Nec ullum jus est positivum, quod 39
consuetudine contraria tolli, vel abrogari nequeat. Bald. *in c. 1. §. præterea Ducatus. col. 1. de prohibit. feud. alien. per Freder.* Iason. *in l. de quib. num. 35. ff. de legib.* Roch. Curt. *repetit. cap. fin. num. 142. extr. de consuetud.* Abb. *consil. 7. col. 5. in fin. lib. 2.* Cravett. *consil. 238. num. 7.* Item consuetudo loci, consuetudinibus feudalibus derogat, usque adeò, ut licet feudum absque consensu Domini alienari nequeat, consuetudine tamen induci possit, ut feudum absq; Domini consensu, licitè alienetur. Curt. *de feud. 4. part. num. 110.* Zasius. *de feud. 9. part. num. 22.*

Vnd obwol erstangedeuter massen/ 40
dieser consuetudini zweymal zuwider gehandelt / vnd reversales gegeben worden; Attamen consuetudo, si formata sit, non tollitur, licet semel, vel bis, contrafactum probetur, ut notat Bartol. & gloss. *ad l. nemo. 165. §. 1. ff. de reg. iur.* Alex. *in l. 2. in princ. ad fin. ff. solut. matrimon.* latè Felin. *in c. cum accessissent. col. ult. vers. septimò limita de constit.* Alex. *consil. 5. lib. 5. col. 3.* Aretiu. *consil. 23. col. fin.* Decius, *ad d. l. nemo.*

Quæstio Quarta & Ultima.

Bey diesen Quæstionen seynd wir der einhelligen / endlich vnd vnzweiffentlichen Meinung/ daß erstlichen nunmehr/ nach so langer Zeit (gesetzt/ es wäre mit der Lehens Recognition etwas verweißlich gehandlet/ vnd die Gebür vnterlassen worden) der Lehen-Herr kein Fälligkeit mehr einwenden / oder die Lehens Innhabere dieses feudi priviren könne. Item, vnd für das ander / thun wir auch darfür halten / daß/ wann jeder Lehenträger seines Theils ein Fehler begangen/ oder etwas vnterlassen haben solt: doch (fürnemblich nach Art / Eigenschafft vnd Freyheit dieses Lehens/auch obangezogenen alten Lateinischen Instrumenti) den andern Innhabern / oder sonst lehensfähigen / so jhres Theils nicht anders halten können/ noch sollen/ dann daß wolerwehnter Lehens-träger/ alle erheischende Notturfft verrichtet / ledig keinen Schaden bringen könne. Sondern selbige/für das dritt/ auffs wenigst ex generali & salutari illa clausula, si qua mihi justa causa &c. zu restituiren, vnnd in vorigen Stand zu setzen seyen.

Solches allein decisivè, doch gründtlich zu bestärcken / ist anfangs allhie selbiges

nur/

zu erholen/ was hieoben in primæ, huicque connexarum quæstionum decidendi ratione primâ, erwehnet worden: daß nemblich die Vasalli auff die zwölff Jahr/ nach der angezogenen Fälligkeit/ solch feudum rühig ingehabt.

41 Non autem nocet Vasallo, quòd ipse intra tempus legitimum non petiit Investituram, si Dominus feudi à Vasallo suo, qui intra annum & diem investituram non petiit, servitia recipiat. gloss. *fin. in 1. in princ.* & ibi Andr. de Isern. Bald. Alvarott. & Præpos. *quo temp. miil.* Curtius, *de feud. part. 4.*
42 *num.52.* vel si Dominus feudi Vasallum saltem requirat post annum & diem elapsum, ut ipse vel servitia præster, vel investituram ab eo petat: quia nempè requisitio sive petitio facta à Domino feudi, de Investiturâ petendâ, vel servitiis exhibendis, perindè habetur, ac si Dominus feudi à Vasallo vel servitia recepisset, vel ei Investituram fecisset, argum. ejus, quod docet Bald. & Alex. *in l. si. ex toto 8. §. 1. ff. de legat. 1.* Alex. *in l. si Creditores. 17. Cod. de pact.*

43 Idemque etiam est, si post caducitatem, prætensum istum Vasallum, suum Vasallum, vel fidelem, aut Parem curiæ nuncupàrit: nam & sic omnis delicti macula abstergi videtur. Ac idem erit, si pensionem ex feudo debitam receperit, de quo latè post omnes Menoch. *præs. 112. per tot. lib. 3.* Corbul. *de iure Emphyteut. cap. 15. limit. 21. per tot.*

Nun setzen wir ausser allem Zweiffel/ daß dergleichen Actus in diesen zwölff Jahren fürgeloffen/ dadurch nach jetzt außgeführter Erwehnung/ die consulirende Herrn von Ramberg/ pro Vasallis agnoscitt, & ita consequenter erst anietzo auff die Bahn geführte vermeinte Caducität remittirt worden.

Für das ander/ ist hiebey auch dieses zu mercken/ daß prætendirte Caducitatis causa, sich bey Hertzog Christiani Fürstlicher Gnaden/ Bischöfflicher Regierung/ begeben haben müste/ hingegen aber/ in wehrender solcher Regierung/ diese vermeinte Caducität nie geandet: Und erst nach dem selbige/ von dem Bisthumb abgetretten/ herfür gebracht werden will.

44 Constat autem, quòd si Dominus, de felonia Vasalli toto tempore vitæ suæ (aut quod idem est, quamdiù regnaverit) non esset conquestus, quòd tunc hæredi ipsius haut permittatur, propter feloniam vivo adhuc Domino commissam, contra Vasallum ad pœnam privationis feudi agere, eumque propter istam Feloniam feudo privare. Gloss. *in cap. 3. §. item si fidelis. verb. concubuerit.* & ibi Bald. Alvarott. Præpos. Martin. Laudens. & Matth. de Afflict. *quib. mod. feud. amit.* Iacob. de S. Georg. *de feud. verb. dictiq; Vasalli num. 31.* Curt. *de feud. part. 4. num. 165.* Zas. *de feud. 10. part. num. 76.* Carol. Molin. *in consuetud. Parisiens. tit. 1. § 30. num. 126.* Alex. *consil. 189. lib. 6.* arg. *l. 1. §. fin. ff. ad SC. Silan. l. 10. §. qui Iniuriar. ff. si quis caut. l. 1. ff. de privat. delict. l. 13. ff. de Iniur. l. 2. §. emancipatus. de collation. bonor. l. penult. ff. de in ius vocand. l. 3. ff. de servis export. l. milites. ff. de re militar.* Covarr. *in cap. Raynutius. in princ. num. 7. extr. de testament.* Riminald. *§. 1.*
num. 511. Instit. de donat. Confert huc, quòd 45
voluntas morte extinguatur, nec ad hæredes transmittatur. *l. 4. ff. locat. conduct. l. 65. §. illi, si volet. ff. de legat. 1.* Tiraquell. *tract. le mort. in præfat. declarat. 3. num. 9.* & quod jus declarandi voluntatem, ad hæredem non transeat, atque heres voluntatem defuncti declarare nequeat. Gloss. *in l. idem Pomponius. 5. §. fin.* & ibi Bartol. Bald. & Angel. *ff. de rei vindicat.* Gl. *in l. inter stipulantem. 83. §. 1. verb. actori.* & ibi Bartol. Alex. Angel. & Iason. *ff. de verb. obligat.* Iason. *in l. 46. §. fin. arg. ill. text. ff. de verbor. obligat. cum simil. allegat.* per Tiraquell. *in repetit. l. si unquam. verb. revertatur. num. 302. Cod. de revocand. donat.* usque adeò, ut nec successor quidem in dignitate voluntatem prædecessoris declarare possit. Bald. *l. hac lege. Cod. de sent. ex brevic. recit.* Imol. *in l. ex facto. in princ. ff. de vulgar. & pupill.* Felin. *cap. qualiter. Col. 1. num. 26. extr. de accusat. & in cap. cùm venissent. num. 2. extr. de iudic.*

Et sanè Dominus, qui non declaravit 46
vivus, vel vivo Vasallo, quòd velit Vasallum privare, vel ad privationem non egit, videtur tacitè culpam remisisse. Hancque rationem expressè tradit Paulus Picus, *in cap. 1. in princ. num. 45. in 1. conclus. quib. mod. feud. amittat.* ac in ea itidem se fundat. Zas. *de feud. part. 10. num. 7. & seqq.* Molin. *ad consuetud. Parisiens. tit. 1. § 30. num. 126. & seq.* Iason. *in l. omnimodo. num. 10. Cod. de inoffic. testam.* Aretin. *consil. 14. num. 10.* Menoch. *consil. 9. num. 182. vol. 2* Mynsing. *5. observat. 9. num. 2. & 3.* Hartm. Pistoris, *1. quæst. 35. num. 9.*

Und irret diß Orts nicht/ daß gesagt werden möcht/ es hätte Hochgedacht ihre Fürstliche Gnaden/ rc. per diutinam illam taciturnitatem, tanquam Prælatus, sive Episcopus, dem Bisthumb/ sive suæ Ecclesiæ, nicht præjudiciren können: Dann hierauff
mit Grund geantwortet werden kan/ quòd 47
non exiguæ autoritatis Doctores concludant, indistinctè Prælatum Ecclesiæ solum feloniam Vasallo (sive tacitè sive expressè) remittere posse, Alex. *consil. 79. n. 12. ad fin. lib. & consil. 14. lib. 2.* Iason. *in l. 3. § si filius. ff. quod quisq; iuris.*

Nec etiam nobis obstaculum aliquod 48
parit, quòd alii ita distinguunt, utrùm à Prælato hoc fieri queat, si ad eum solùm, non simùl ad Capitulum administratio spectet.

spectet. Molin. *ad consuetud. Parisiens.* §. 30. *numer.* 113. Curt. *de feud.* 1. *part.* 2. *part. princ. quæst.* 26. Seisel. *de feud. tit. qui feud. dar. poss. part.* 2. *reg.* 1. *declarat.* 4. *vers. ad idem.* & *ampliat.* 4. *vers. sed fortius.* Roland. à Valle. *consil.* 15. *num.* 24. *lib.* 1. Natt. *consil.* 441. *num.* 19. Dann ihre Fürstliche Gnaden einmal die völlige Regierung dieses Bisthums gehabt/ vnd vnsers vermeinens/ohne zuthun deß Capituls/dergleichen Sachen verhandlen/ oder

49 vnterlassen können. Et statuunt quoq; communiter Doctores, idem esse dicendum, de successore in dignitate, licèt ipse non per successionem, sed per electionem surrogetur; per tradita à Bald. & Paul. Castr. *in l. digna vox.* 4. *Cod. de legib.* Bald. & Iason. *in l.* 1. *ff. de Constit. princ.* Natta, *consil.* 122. *num* 9. & 10. *lib.* 1.

50 Et hoc itidem procedit, etamsi Principatui sive Regno expediret, feloniam non fuisse remissam, sed feudum Regno applicari, tùm, quia amissio lucri non reputatur damnum. *l. quod autem.* 6 *ff. quæ in fraud. Creditor.* tùm quia Princeps sive Rex indistinctè sibi & etiam successori præjudicare potest in quærendis rebus. Tum, quia factum Principis, sive Domini, per quod res aliqua naturæ pristinæ redditur, sive in statu pristino conservatur, indistinctè valet, et iamsi illud cum maximo præjudicio sit conjunctum. Iason. *in l. si unus.* §. *pactus nè peteret. num.* 11. *ff. de pact.*

Für das dritte/ ist hieben fürnemblich dieses in guter obacht zu haben / daß nicht jetzige Innhabere strittig gemachter Lehen/ sondern der älteste deß Geschlechts / so dem Herkommen nach/ nomine omnium Agnatorum, Lehenträger gewest/ etwas verabsaumbt haben müste / welches aber den andern vnschuldigen Vasallis vnd Innhabern/ in keinen Weg præjudiciren können / noch sollen.

51 Etenim, si Vasallus ob id feudo cecidit quòd congruo tempore non petiit Investituram, novum quidem hoc casu semper ad Dominum redire, antiquum verò, nec agnatis, neque etiam filiis auferri debere, insignis auctoritatis Doctores concludunt. Barthol. Socin. *consil.* 4. *num.* 27. *vol.* 3. & *consil.* 66. *num.* 18. pulchrè Roland. à Valle. *consil.* 64. *num.* 27. & *mult. seqq. vol.* 2. & *consil.* 64. *num.* 10. & 14. *vers. pariter non obstat.* ubi communė, & gravioribus auctoritatibus suffultam, ac omninò tenendam esse dicit, *vol.* 3. Mozz. *tit. ex quib. caus. feud. amitt. num.* 99. *in fin.* Menoch. *consil.* 32. *num.* 12. *vol.* 1. & *con-*

52 *sil.* 304. *num.* 42. Sic etiam in feudis, concessis pro se ac liberis, & similibus, delictum unius, cæteris non nocere, quamvis in Dominum fuerit commissum, amplectitur Rosenthal. *cap.* 11. *concl.* 8. *per tot.* & *concl.* 17. *n.*

53 15. Idemque fieri debere ajunt, quandò feudum generi esset concessum; vel ut de uno in alium transiret Hartm. Pistor. *libr.* 2. *part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 44. Bald. *in cap.* 1. §. *denique quæ fuit. prim. caus.* Marin. *tit.* 2. *num.* 29. Iacob. de S. Georg. *verb. dictiq. Vasalli. num* 59. *vers. quinto.* Alex. *consil.* 30. *num.* 15. Gozadin. *consil.* 46. *num.* 5. & *consil.* 84. *num* 41. ad quæ Menoch. *consil.* 99. *num.* 112. ponderat text. *in l. eum, qui. ff. de interdict.* & *relegat.* & rationem allatam à Cacherano, *decis. Pedemont. ult. num.* 20.

Nun ist aber gegenwertiges Lehen/ seiner Art vnd Eygenschafft nach/ insonderheit auff den/ so erstlich dieses Lehen empfangen/ auch auff alle seine Nachkommen allerdings radicirt vnd gewidmet/ inmassen hirobangedeutes Latinische Instrument, neben andern auch diese starcke Wort in sich halten thut. Da also gesetzt: Ad ipsius quoque instantiam omnia præmissa memoratum N. unà cum omni sua masculina posteritate hereditantem; in tali jure stabilimus perpetuò, quod in omni dictâ generatione omni ipsi justitiâ posteritati, quod nunquàm ingerat ipsi nocumentum in jure dicto, quandocunque vel qualicunque modo ejusdem feudi inter cohæredes disperdita possessio. Statuimus itaque, quòd per omnem ipsam generationem, eventus mortis non possit auferre de hâc progenie masculina, totam vel singularem partem feudi prætaxati, sed in iis proximus hæres, cuilibet defuncto succedat, sine obstaculo ex parte infeudantis, sopito prorsus allegationis impedimento, diutinâ absentiâ possessionis contra succedentem. Concedimus etiam, quòd si sexus marium in generatione ipsâ defecerit, fœminæ ejusdem propaginis succedendo utantur in prædictis jure sub titulo feudali. Nulla tamen prædictarum fœminarum præsumat hujusmodi participatum, nec indè actionem concipiat, quamdiù Sexus Masculini hujus generis persona, licet unica, sit superstes. Talis enim nostra in hujusmodi juris donatione diffusio largitatis Capitulo & familiæ nostræ Ecclesiæ benè competere videbatur: habito respectu ad hoc, quòd sæpèdictus N. elegit potiùs habere ab Ecclesia nostra omnia prædicta in feudo, quàm in jure proprietatis à delegante ipsa nobis: cùm tamen ad voluntatem suam positum sit, quod ipsorum mallet eligere, præjaceret.

Ac licèt Dominus Vultejus, *libr.* 1. *de* 54
feud. cap. 11. *sub num.* 71. *fol. nobis* 629. scribat, utrobique tàm in feudo novo, quàm in antiquo, rationem privandi Vasallum eandem, contemptum nimirùm Domini, militare, ut distinctio inter feudum novum & antiquum facienda non sit, quasi novum ob investituræ renovationem, legitimo tempore non petitam, revertatur ad Dominum, exclusis descendentibus & Agnatis;

Anti-

Antiquum renovatione intra tempus non petitâ, ad Dominum revertatur, sed ad descendentes vel Agnatos devolvatur. Ac etiam textibus quibusdā generaliter loquentibus, hanc distinctionem reprobare cooetur. Idem tamen *f. seq.* dicit contrariam, & nostram æquiorem scilicet sententiam, in praxi præ ponderaturam, nisi de manifesto Vasalli in Dominum contemptu appareat, vel feudi qualitas, aut aliæ circumstantiæ contrarium suadeant.

55 Insuper disertè & indistinctè asserunt multi, feudum etiam ob culpam adversus ipsum Dominum, amissum, non ad Dominum, sed ad Agnatos devolvi. Hancque sententiam complures interpretes, & docendo, Isern. *in cap. 1. §. fin. num. 49. quæ fuit prim. caus. & in c. 1. §. firmiter. num. 30. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Imol. *in cap.* 2. *de feud.* Marin. *tit. 2. num.* 78. Clarus *in §. feudum. quæst. 66.* Fachin. 7. *controvers. 22.* & consulendo. Alex. *consil. 30. n. 13. & consil. 103. vol. 1.* Socin. Iunior. *consil. 77. num. 120. vol. 1.* Ruin. *consil. 7. num. 12. vol. 1.* Cravett. *consil. 859. num. 12.* Menoch. *consil. 534. num. 12. vol. 6.* Wesembec. *consil. 73. num. 29.* tenuerunt; ita, ut Menoch. *consil. 305. num. 2. & 3.* affirmare haut sit veritus, eam sententiam magis receptam esse, quam & communem dicit Butsat. *consil. 91. num. 52.* eamque esse æquiorem, docet gloss. *in cap. 1. in fin. princ. si Vasall. feud. priv.* Iacub. de S. Georg. *in verb. dictiq. Vasall. n. 58. vers. secunda opinio.* atque hanc veriorem & humaniorem, non dùm juribus & rationibus, verùm etiam authoritate magnorum jura profitentium se anteponere, dicit Marta, *2. de iursd. 35. n. 22.* atque se nunc cum hâc sentire, etsi alias aliter scripserit, fatetur Menoch. *d. consil. 305. num. 12.* cui consentanea scripsit Alvarott. *in cap. 1. quo tempor. mil.* feudum nempè antiquum, ob investituram haut petitam, redire non ad Dominum, sed ad Agnatos; quem sequuti sunt, Curt. Iun. *part. 5. num. 10.* Marin. *tit. 2. num. 46.* Menoch. *consil. 32. num. 12. vol. 1.*

56 Iniquum sanè foret, ut Agnatus, ob delictum alterius, suo jure proprio privetur, quod non habet à delinquente, sed beneficio primi concedentis, & primi acquirentis. Atqui ita fieret, si Agnatus, ex delicto Vasalli possessoris (aut deß Lehenträgers) jure suo etiam ipse caderet, ut semper esset in potestate Vasalli possessoris, Agnatum suum jure suo fraudare: quod multis collusionibus, inimicitiis, odiorumque executionibus occasionem præberet. Id cùm permittendum non sit, utique & sententia illa, cui hoc consequens est, admittenda non erit, ut non ab re gloss. *in cap. 1. si Vasall. feud. priv.* sententiam illam, qua feudum amissum Agnatis defertur, æquiorem, & ita sequendam esse existimaverit. Quin etiam textibus juris civilis, hæc opinio consentanea videtur, *per l. enim qui vers. qui verò non ff. de interdict. & relegat. & in l. 1. vers. & ideo cùm Sabiniani. Cod. de bon. libertor. l. sancimus. Cod. de pœn.* & firmatur expresso texto juris feudalis, *in cap. 1. §. si Vasall. culpam. si de feud. defunct. controvers. fit.* in quo sine distinctione dicitur, quòd feudum, ob culpam Vasalli amissum, devolvatur ad Agnatos, in quemcunque delictum sit commissum.

57 Contrarios autem textus intelligunt jam memorati authores, eo de casu, ubi feudum vel novum, vel hæreditarium est, aut ut apud Dominum tàm diù solùm maneat, quamdiù Vasallus, qui deliquit, est in vivis, Ardiz. *cap. 135. vers. item sciendum est.* Cujac. *de feud. lib. 3. tit. 2. & lib. 4. tit. 78.* Cravett. *consil. 859. num. 13.* Menoch. *consil. 534. num. 14. & consil. 304. num. 35.* hancque sententiam omninò tenendā esse volt, Afflict. *in d. c. 1. si Vasall. feud. privet.* nec ab ea recedendum, Marin. *lib. 2. num. 88.* sed communem, & propterea eam in judicando amplectandam dicit Camerar. *in c. 1. vers. oppono primò. an agnat. vel fil.* secundum quam jam in Camera regia judicatum fuisse, testatur Frecc. *de subfend. libr. 2. tit. 29. num. 1.* Hacque ratione, & Dominus injuriæ suæ ultionem habebit, & agnatis nihil de suo decedet, utpotè, quibus nullum jus succendendi, ex delicto in Dominum commisso, competit, sed ex morte demùm Vasalli, nec ulla collusio, quæ agnatis fraudi esse possit, metuenda erit. Et verò tantò

58 hæc distinctio magis plausibilis videtur, quia & jure civili, in casu simili, proditum est, rem obnoxiam restitutioni, quæ bonis ob delictum commissis, fisco quidem cum bonis aliis defertur, sed delinquente defuncto, restituitur ei, cui restituenda erat, si gravatus non deliquisset. *l. statu. §. fin. ff. de iure fisci. l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. 1. in fin. Cod. commun. de manum. Auth. in gress. Cod. de Episcop. & Cleric.* Consentit, hancque di-

59 stinctionem pluribus firmat Hartman. Pist. *d. lib. 2 part 2. d. quæst. 15. 16. & 18.*

Quam tamen distinctionem non eo hîc adducimus fine, quasi illa huic nostro applicari casui possit, is enim, qui dicitur hocce feudale delictum commisisse, nunquam (quod sciamus) hujus feudi possessor fuit: sed tantùm, ut appareat exindè, eam opinationem, qua quidam dicunt, si Vasallus delictum in Dominum committat, feudum ad Dominum reverti filiosque & agnatos excludi, admodum controversam, & variis distinctionibus planè enervatam esse.

So seynd / zum vierdten / diese Vasalli vnd Possessores, ex generali illa & verè salutari

tari clausula: Si qua mihi justa causa &c. in omnem eventum, in integrum zu restituiren, vnd in vorigen Stand zu setzen/ in deme nicht sie/ sondern ihr älterer Vetter/ als dieser vnd anderer ihrer feudalium bonorum Lehenträger/ jetztofftangezogenes delictum begangen haben müste/ sie auch darvon ihres theils ledig nichts gewust: sondern vermutet/ vnd vermuten sollen/ weil er besonders andere Lehen vnstrittig ersucht/ es seye auch mit diesem kein Fehler begangen/ ja von ihme jederzeit berichtet worden (inmassen dann selbiger solches noch heut zu Tag/ vnd zwar Eydlich betheuren thut) daß er diß Orts/ die schuldige Gebür abgelegt habe. Sonsten vnd zum Fall die Lehens-Innhabere in dem geringsten besorget/ daß diß orts noch etwas ermangle/ hetten sie ohn allen waltenden Zweiffel die Schuldigkeit selbst erstattet/ vnd allen Fähler ersetzet.

60 Hujusque Clausulæ talis est effectus, ut ubicunque æquitas suggerit, & non reperitur specialiter jure prohibitum, Iudex arbitrio suo restituere possit. Sfort. Oddus, *de restit. in integr. part.1.quæst.8.art.6.*

61 Quòd autem error facti, præsertim alieni, justissima sit restitutionis in integrũ causa, probat idem Odd.*art.7.*& in specie,*art.9.* edocet ignorantiam facti, etiam in materiâ præscriptionis justam reputari causam restitutionis: ac ita commuoiter tenere omoes Doctores ubique, ait, *per l. verius. ff. de probat. & c. præsumitur. de reg. iur. in 6.* maximè, si ignorans (ut hoc in casu) tractaret de damno vitando. Marc. Angusciola. *consil. 3. numer. 8. & seq. lib. 1.* haneque communem dicit idem Augusciol. *consil. 105. numer. 5. lib. eod.* Eam autem ignorantiam ex parte illustrium horum Vasallorum, justam & probabilem, minimeque affectatam fuisse, probatur ex eo, quia illi non solùm præsumptivè reputaverunt, sed & à seniore suo Domino Agnato persuasi omninò fuere, nil ab eodem hac in parte omissum, sed omnia legitimè circa hanc requisitionem peracta fuisse.

62 Quodque ignotantia facti alieni etiam inter fratres cohabitantes (unde aliàs oriri solet scientiæ suspicio, *l.8.ff.unde cognat.*) præsumatur, ubi agitur de committendâ pœnâ, decidit Lapus, *alleg. 94. num. 5.* ubi ait: non obstante præsumptione illâ, credendum esse juramento illius, qui ignorantiam allegat, sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.1.qu.78.num.7.*

63 Ac item ignorantiam, errorem, aliasque res in animo sitas, Iuramento satis sufficienter probari, probat Mascard. *concl. 94. 414.638.& 882.*

So seynd auch diese Vasalli, ex hactenus deductâ ignorantiâ (so sie auch vnzweiffelig mit dem Eyd erhalten werden könnẽ) destomehr in integrum zu restituiren, weil sie ihres theils eandem propter hanc ignorantiam, nullo modo in culpâ vel dolo gewest: auch da sie einiger weiß gewust/ oder vermuten können/ daß in dem geringsten etwas verabsaumbt/ sie sehr allbereit erwehnter massen/ gewißlich die Gebür zu verrichten/ nicht vnterlassen hätten.

At verò jam suprà dictum fuit, & etiam Rosenthalius *cap.6. concl.56.* scribit: ferè omnibus in ore esse, quòd Vasallus, ob non petitam Investituræ renovationem, intra annnm & diem post mortem Domini, aut antecessoris ipsius Vasalli, feudum non amittat, nisi hoc, dolo, aut saltem lata culpa facere prætermiserit. 64

Quodque Vasallus, etsi non petat Investitutam intra annom & diem, feudum tamen non perdat, si non sit io dolo, dicit text. *in cap. fin. de prohib. feud. alienat. per Lothar.* ubi Bald. notat, quia, ut ibi dicitur, nulla fraus, & nullom malum ingenium esse debet inter Dominum & Vasallum. Bald. *in l. solennibus. in fin. C. de rei vindicat.* Ancharan. *cons.173.* alios citat Iason. *cons.64. num.16.vol.3.* Ruin. *cons.1. num. 4.volum.1.* Bursat. *cons 253. num.56.* Tessaur. *decis. Pedem. 227. num. 16.* ubi ait, quòd requiratut contemptus apertus. Sed in præsenti casu, neqoe dolus, neque contnmptus, qui intervenerit ex parte illustrium horum Vasallorum, allegari potest. Nec hoc judex ullus (cujus arbitrio hæc res est commissa Socin. *consil. 66. numer.17. in fin. vol.3.*) poterit suspicari. 65

Vnd noch weiter die æquitatem dieser restitution außzuführen/ ob gleich ein Lehenträger/ besonders wann de consuetudine illius feudi vel Curiæ, die ältest/ etiamsi ille non sit possessor talis feudi, die Lehen zu requiren hat/ pro reliquorom procuratore, & quidem pro necessario, & quasi à jure dato, zu halten. argumento traditor. à Mod. Pist. *qu.133.part.4.* 66

So ist jedoch sehr wolversehenen/ vnd gantz billichen Rechtens/ quòd contra factum procuratoris vel Advocati, Dominus restituatur. *l. at prætor. in fin.* & ibi Gl. *ff. ex quibus caus. maior.* ubi hoc Fulgosius notat. Alex. *in l. quæsitum ff. de reg. ind.* Sfort. Oddus *de restit. part. 1. quæst. 13.* Idque procedere ajunt, etiamsi ipse læsus habeat regressum contra procuratorem vel Advocatum. Bald. & alii *in l.1. C. d. advoc. diversor. iud.* Bart. *in l.1.C. de pœn. Iud. qui mal. iudic.* 67

Quodque negligentia procuratoris, præsertim oimia, qualis saoè hoc in casu intervenisset, so der gemeine Lehenträger/ hanc investitutæ petitionem omisisset, & possessores vanâ spe, omnia scil. necessaria peracta esse, lactavisset; faciat indifferenter locum restitutioni, sentit etiam Iohan. Mantuus, *de rest. in integr. cap.393.* Qui idem 68

cap.

cap.397. contra supinum Advocati errorem, restituendum esse autumat majorem; quod & facit *cap.405.407. & 413.* qui hoc ampliat, etiamsi fuerit procurator solvendo.

69 Quòd item restitutio detur, inprimis, quando Procurator non voluntariè, sed necessariò constituitur, ac inde principali, electio Procuratoris adimitur, tradit Odd. *part.1.qu.29. art.2. ad fin.* ejusque rei exemplum adfert. *part.1.qu.22. art.5. ad fin.* in creditore, qui in pignoris distractione, censetur à jure procurator ipsius debitoris: qui si notoriè malè versetur eo in negotio, debitori competit restitutio adversus tertium possessorem, etiamsi habeat regressum contra creditorem.

70 Nemo autem negare potest, quin ein Lehenträger/ eo in casu sit necessarius procurator. Constat item, quòd causa in æstimabilis si sit, procurator nunquam dici queat solvendo esse. Bellamera, *in c. querelam. numer.3. ad fin. ex de Procurat.* Nunc autem tale nobile, aut potius illustre feudum, ubi majores ultra ter centum annos floruerunt, amittere, eoque carere, res verè inæstimabilis est; hujusque familiæ generosissimæ splendorem deprimeret multis modis.

Letzlichen können wir auch dieses zuerwehnen nicht unterlassen/ daß/weil der ältiste Herr von Ramberg nunmehr sehr alt/ auch dessen Gn. ꝛc. allein noch übrig ist/ welcher mit seinem Eyd betheuren kan/ daß die dißfelts asserirte Lehens-empfängnus fürgangen/ dannenhero gut wäre/ daß wolgedachter ältere Herr sich solenniori modo ad tale Iuramentum erbieten thäte/ weil hierauß erfolgen würde/ daß/ obgleich Ihre Gn. ꝛc pendente lite mit Todt abgehen solten/ dannoch diß beständig anerbieten/ loco Iuramenti verè præstiti seyn würde.

71 Sicque de lato Iuramento, si is, cui delatum est, Iuramentum calumniæ petat, & interim dum præstettur, is cui Iuramentum litis decisorium illatum, moriatur, Mors vim Iuramenti habet. Castrens. *cons. 302. numer.3. lib. 1.* Cravett. *consil.158. numer. 7. part.1.*

Sic item, pendente appellatione, si moriatur is, cui Iuramentum est delatum, id pro præstito habetur, Mynſ. *cent.1. obſ.13.* Iaſ. *in repet. l. admonendi. n. 112. de iureiur.* Rol. à Valle, *conſ.52. vol.1.* Sichard. *ad l. generaliter. C. de Iuram.* Thoming. *decif. 45.* Cothman. *conſ. 49.*

Welchem allem nach es nochmalen darbey verbleiben thut/ daß obschon der Lehenträger etwas verabsaumbt haben möcht/ solches doch den Innhabern/ vnd andern/ so bey diesem Lehen ein Expectantz, anwartschafft/ vnd künfftigen Zutritt haben/ in keinen Weg schädlich seyn/ sondern entweder sie ipso jure tuti, oder doch jhnen per restitutionem in integrum, von Rechts wegen geholffen werden müsse.

Additiones. Quòd non ita captandum sit tempus, petendæ Investituræ præscriptum, tradit Menoch. *conſ.467.* Quòd item impedimentum facti, putà ignorantia mortis &c. detrahatur, docet Gothofr. Anton. *diſp. feud. 8. th. 3. ad fin.* ut & *theſ.5. lit. d.* Caussa etiam levis excusat à petitionis Investituræ renovatione, Iohan. Borch. *d. feud. 6.8. num. 22.* Et dolus requiritur, Anton. *d. diſp. 8. th. 6.* Dominos beneficos non solere vasallis, ex culpa omissæ investituræ, feuda eripere dicit etiam Hartm. Pistor. *l.2. qu. 18. n 8.* sed compositionem admittere. Afflict. *decif. Neap. 165. numer. 91* & vel duplicatum relevium, vel aliam pecuniariam satisfactionem, pro feudi avocatione accipere. per tradita Rosenth. *cap. 6. conclusion. 62. in not. lit. f. & g. cum alleg. ibid.* Quin, quia tota ratio revocandi feudi est odiosa & periculosa, maximè in feudis antiquis, & quia toti nobilitati privationes istiusmodi sunt præjudiciales, adeoque à fidelitate & amore dominorum, animos Vasallorum non parùm alienos reddunt; indè factum & generaliter moribus introductum est, ut etiam ex aliis causis jure expressis, non facile soleat super commisso & privatione feudi pronunciari: sed potiùs alia, & quidem pecuniaria pœna pro qualitate admissi, irrogari, ut pluribus docent Wesenbec. *p. 1. conſ. 43. num. 116. & ſeq.* Rittershuſ. *part. feud. lib. 1. cap. 5. num. 4. in fin.* ubi etiam in hanc sententiam allegat Melch. Kling. *conſ. 60. inter conſ.* M. Pist *vol. 1.* & ipsum Mod. *conſ. 59. & conſ. 61.*

Christoph. Besold. D.

Consilium CCLXX.

An infeudatio alicujus castri, mit allen Gerichten/ *extendere se possit ad Imperium Merum*, auff die Hohe- oder Halß-Gericht.

Demnach wir N. N. über vns zugeschaffte speciem facti, vnser rechtlich Bedencken zuertheilen/ gebührend ersucht worden: Als haben wir solches in keinen Weg abschlagen sollen/ darauff auch dieses Werck in vnserm versambleten Collegio reifflich deliberirt, vnd befunden/ daß zwar ex parte J. C. J. deß C. zu M. G.

nicht

nicht ohnscheinbare Behelff auffgebracht/ vnd dahero vermeintlich geschlossen werden möchte/daß der Fleck S. so viel die hohe malefitzische Obrigkeit betreffen thut/ J. E. F. G. (als ohne das Eigenthums-Herrn) in allweg zuständig/vnd solcher Obrigkeit sich die Adeliche Vasalli mit nichten anzumassen haben.

Rationes dubitandi.

Gestaltsame dann / für das erste / dieses starck urgirt, vnd consulirendem Junckern entgegen gesetzt werden kan / daß das Dorff S. mit dem obern St. M. gegen A. nicht allein confinirt oder gräntzet/ sondern auch meisten theils damit umbfangē / also in dem M. Territorio, vnd dessen hohen Lands-Fürstlichen Obrigkeit gelegen. Derowegen darfür zu halten seye/ daß J.E.F.G. fundatam intentionem, quoad omnem, & præsertim superiorem, seu jurisdictionem; ex firmissima juris præsumptione haben / vnd das onus probandi, denen von F.E. obliegen thue. Juris enim est manifesti, quòd res, quoad jurisdictionem, ejus esse præsumatur, in cujus territorio & districtu sita invenitur. Abbas, *in cap. si diligenti, in septim. notabil. de præscript. & ibid.* Felinus, *num.* 2. Idem Abbas, Imola, & Petrus de Ancharan. *in cap. nimis. de jurejur.* Oldradus, *consil.* 176. *in fin.* Natta, *consil.* 501. *num.* 31. *vol.* 1. Hieronymus de Monte, *de fin. regund. cap.* 88. *in princ.* Idem tradit Antonius Gabrielius, *post multos alios à se adductos, in communib. conclus. lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 9. *num.* 1. & Gail. *observ.* 62. *n.* 9.
2 *lib.* 1. Et Principis jurisdictionem existere generalem, in suoque territorio notoriam, juris item esse, & de jure, eamque sibi in universos, quoad omnes jurisdictionis species vindicare; apud interpretes nostros tralati-
3 tium habetur. Imò in dubio itidem, ejus jurisdictioné præsumi solere, cui locus, de cujus jurisdictione contenditur, propinquior est, *arg. l. adeò.* §. *Insula. ff. de adquir. rer. domin.* §. *Insula. Instit. de rer. divis.* probant Alex. *in Apostil. ad Bartol. in l. si convenerit.* § *si nudâ. n.* 3. *ff. de pignorat. actione.* Hieronym. de Monte, post Baldum, & alios Doctores à se allegatos; *in tract. fin. regund. cap.* 83. *in pr. & num.* 2. & fusius Menochius, *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 109. *num.* 1. Hucq; facit, quòd adjacentia ejusdem juris esse censeantur, eujus sunt ea, quibus adjacere conspiciuntur; *l. cum. qui ædes. ff. de usucap. l. jam. hoc jure. ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. quamvis. Cod. de impuber. & aliis substitut. cap. maiores.* §. *cæterum. de Baptis. cap. translato. de constitut.*

Für das ander/ seynd in casus figuratione vier vnterschiedliche Actus angezogen worden/ welche man ohne Zweiffel/ auff Seiten deß Lehen-Herrn / dahin deuten wird / als wann J.E.F.G. entweder in possessione deß meri Imperii gewest / oder doch die von den Adelichen Vasallis angezogene Possession damit streitig gemacht/vnd interrumpirt wäre
4 worden. Maximè, cùm quisque præsumatur possidere, actumque possessorium exercere ex titulo præcedente. *l.* 1. §. 1. *ff. de except. rei judic. l.* 2. *Cod. de adquir. possess. l. quædam mulier. ff. de rei vindicat.* Socin. *consil.* 15. *col. fin. vol.* 3. Itidem, cùm quasi possessio jurisdictionis, non in frequentia actuum consistat. Ruin. *consil.* 122. *num.* 3. *vol.* 5. Menoch. *consil.* 402.
5 *num.* 35. *& aliquot seqq.* unicum actum inducere quasi possessionem, & ad eam sufficere dicunt, Purpuratus, *consil.* 415. *num.* 10. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 681. *lib.* 5. *per Discurs.* tàm in acquirendo, quàm in retinendo. Bursat. *consil.* 235. *num.* 27. *lib.* 3.

6 Zum dritten/ ist nunmehr üblich/ vnd vnverneintlichen Rechtens / daß das merum Imperium, das Hals-Gericht/ Blutbann/ oder die hohe Obrigkeit / den Regalien zugeschrieben werden solle. Cùm sub eo multa Regalia comprehendantur: & mero Imperio concesso; illa quoque concessa intelligantur; quod multis Rosenthalius probat,
7 *cap.* 5. *conclus.* 4. Nunc autem certi juris est, Regalia non nisi expressâ concessione intelligi largita: nec hîc verba utcunque generalia multum operari. Alberic. *in l. fin. Cod. de jurisdict. omn. judic.* ubi inquit: Etiamsi Rex concedat militi castrum, cum omni jure, quod ibi habet; tamen jus Regale nunquam videtur concessisse: quem iisdem verbis sequitur Jacobinus. *in verbis, de castro rubei montis, num.* 6. & Rolandus à Valle, *consil.* 42. *num.* 7. *vol.* 2. Vnd irret nicht/ daß in dem Lehen-Brief der Gerichten gedacht worden.
8 Verba namque Gericht/ item, alle Gerichte/ etiamsi addita inveniantur verba, mit den Zugehörungen/ merum Imperium, oder die Ober-Gericht non importare, post alios disertè scribit Petrus Wesembeccius, *consil.* 8. *n.* 68. idemque latè & nervosè deducit Andr. Knichen, *de pact. vestitur. part.* 2. *cap.* 1. *per Discurs.* Ac quoque utrum Principes concedendo alicui jurisdictionem; censeatur etiam merum & mixtum Imperium concessisse? communem esse opinionem, contra communem, Hieronymus de Cævallos, *in Specul. opin. commun. contr. commun. tom.* 1. *quæst.* 41. attestatur; & dùm is solummodò opiniones hasce refert, & negativam ultimo loco ponit, eam approbare videtur: secundùm ea, quæ ipse *in proœmio operis, n.* 70. refert. Merum item imperium, regulariter in concessione non venire, probat latissimè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 36. *gloss.* 3. *num.* 12. Vasquius, *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. *illustr. quæst.* Didacus Perez. *ad ordinat. Reg. lib.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *versic. est dubium.* Petrus à Petra, *cap.* 22. *n.* 48. *de potest. Princip.* sed specialem requirit concessionem *l.* 2. *de eo, cui jurisd. est mandat.*

Rationes decidendi.

Dessen jedoch / vnd was sonsten mehr dergleichen fürgebracht werden könte / ohnangesehen / seynd wir der gäntzlichen Meinung / daß consulirendem Junckern von F. in vielgedachtem Dorff S. jurisdictio omnimoda, vnd also merum & mixtum imperium zumal gehörig seye: selbiger auch solche jura, tàm in petitorio, quàm in possessorio behaupten möge.

Dann / erstlich bringt der Lehen-Brief solches mit sich / darinn außtrucklich gesetzt / daß die von F. je vnd allwegen mit dem Dorff S. & ita mit S. in qualitate & conditione eines Dorffs belehnt worden. At verò concesso Castro, aut Villâ; territorium quoque & jurisdictionem illi annexam, concessam
9 fuisse, præsumi solet. Quam conclusionem expressè tradunt Bartolus, *in l. 1. §. cùm urbem. num. 5. & 9. & ibid.* Albericus de Rosate, *§. in initio, num. 1. ff. de offic. præfect. urb.* dicentes, si Papa, Imperator, Princeps, Comes, vel alius, concedant alicui castrum, aut villam in feudum, in quo ipsi antè habebant omnem jurisdictionem; quòd eandem quoque eidem concessisse videantur, *per illum textum ibid.* Idem Bartol. *in l. 2. num. 1. ff. de verb. significat.* Bald. *in l. cùm multa. prope fin. Cod. de bon. quæ liber.* Alexander, *in l. 1. colum. fin. num. 33. ff. de jurisd. omn. judic. ubi per multos citat.* Petrus de Anchar. *latè ac notabiliter in repetit. cap. accessorium. nobis colum. 30. vers. Tertiò quæro. de Regul. jur. in 6. ubi multas & validas rationes pro ista conclusione adducit*; idemque plures alios allegans Covarruv. tenet. *pract. quæst. cap. 1. num. 10. in 9. conclus.* ubi dicit, suâ opinione, hanc esse sententiam communem; eamq; procedere, non solùm quoad jurisdictionem, sed etiam, quòd hoc modo translatum quoque censeatur imperium merum & mixtum, Regalibus exceptis.

Vnd daß consulirendem Junckern in dem Dorff S. auch die malefitzische Obrigkeit gehörig / erscheinet ferner vnd noch klärer hierauß / weil er nicht schlechtlich mit dem Dorff S. sondern zumal mit seinen Zinsen / Gütten / Wasser / Weyd / Gericht vnd Gerichts-Recht investirt ist. Quippe commu-
10 niter traditum invenitur, merum ac mixtum quoque imperium transire, si cui castrum, villa, aut oppidum cum jurisdictione fuerint concessa. Oldradus, *consil. 252. num. 7. & seqq.* Latissimè Rolandus à Valle, *consil. 42. num. 16. & seqq. mult. vol. 2.* ubi etiam contraria diluit. Sic & Matthæus Wesembeccius, *consil. 95. num. 18. & seqq. usq. ad fin. part. 1.* post
11 Schurffium, *consil. 26. num. 2. cent. 1.* plenissimè in terminis ferè terminantibus nostri casus respondet, feudo dato, his verbis vernaculis (mit den Gerichten) merum imperium quoque concessum intelligi: quia Gericht / sit genus, Vnter- vnd Ober-Gericht verò species. Ac subjungit ibidem, hodiè maximè post editam Constantiæ pacem, verbo ac investiturâ jurisdictionis, etiam omnimodam, quæ imperium complectatur, venire; nisi cùm aliud actum fuisse appareat: ut quando Princeps quotannis Prætorem (ut olim in Republica Romana) mittit, qui exerceat hancce speciem jurisdictionis. Communiorem pariter hanc testatur opinationem, & plurimos citat Vultejus, *cap. 5. num. 5. vers. imò verò alii etiam, pag. 86. lib. 1. feudor.* & in dubio, si non constet, an illo castro, aut villâ jurisdictio antè fuerit exercita, & sic illi cohæserit, ante investituram? eam villæ, sive castro cohæsisse, præsumi debet. Menoch. *præsumpt. 97. num. 40. lib. 3.* Boërius, *quæst. 50. num. 11.* Et porrò 12
etiam, eo in casu, ubi jurisdictio in castro, vel oppido infeudato, ante concessionem solita non fuerit exerceri, sed alii castro, oppido, aut civitati fuêre subjecta, ac per illius magistratus (nomine tamen concedentis) justitia expediebatur: nihilominùs tamen, si concessio facta sit cum omni vel plena jurisdictione (quibus in nostro casu æquipollere videntur, Gerichte / Gerichts-Recht / nichts außgenommen) merum & mixtum imperium pariter venire, consentiunt ferè omnes. Menoch. *d. præsumpt. 97. num. 34. lib. 3.* & non reperitur contradicens, excepto vario illo Baldo, *in cap. quanto. num. 7. de judic.* roborat idem Purpurat. *in l. imperium. n. 62. de jurisd.* Rolandus, *consil. 42. num. 38. & seqq. vol. 2. ubi plures citat.* Menochius, *d. num. 34.* Tiberius Decianus, *consil. 43. num. 5. vol. 3.* Ac idem dicendum esse constat, si jurisdi- 13
ctionis in integro Statu concessio fiat, ut & si cum pertinentiis omnibus, ea concessio procedat. Wesembec. *consil. 95. ad fin. tom. 2.* Et hûc confert omnino, quòd castro cum pertinentiis omnibus cõcesso, omnia translata censentur. Decius, *consil. 517. num. 7.* Gail. *lib. 2. obs. 62. num. 8.* Vultejus, *d. cap. 5. num. 5. vers. præsertim, si castrum. &c.* Et quod verba habentia ampliativum significatum, unà cum territorio faciant transire ad investitum omnem speciem jurisdictionis, & ita quoque imperium merum, in simili quoque declarat Matthæus de Afflictis, *in cap. 1. n. 38. & seq. de Capitan. qui cur. vend.* & idem tenet Patisius, *consil. 9. num. 16. & 20. vol. 1.* Pariliter cùm beneficia Principum latissimè 14
sint interpretanda: exinde, si à Principe concessa jurisdictio sit, merum & mixtum imperium intelligi concessum, tenet Johannes Andreæ, *in additionib. ad Speculator. sub tit. de jurisd. omn. judic. incip. vidisti duas.* Quod voluit Oldradus, *cons. 252.* & ait alicubi Baldus: quod si Princeps donet simpliciter jurisdictionem castri, videatur donare omnem jurisdictionem: & sic omnes reditus caussarum,

rium, tàm civilium, quàm criminalium. Idq; sequitur Cardinalis, *in cap. 1. de Capitan. qui cur. vend.* & Alexander, *consil. 35. vol. 4.*

Für das ander / ist dieses auch consulirendem Junckern hoch vorständig / daß die Unterthanen zu mehrgedachtem S. berichteter massen / weder in Civil noch Criminal-Sachen / niemals kein andere Obrigkeit / als die von F. agnoscirt, noch auch keiner anderen Cent-oder Malefitzischen Obrigkeit geschworen gewesen / deßgleichen auff kein Cent niemals citirt, noch einigen Heller oder Pfenning Cent-Kosten / wie sonst deren Enden gebräuchlich vnd herkommens / erlegt / oder auch ihnen abgefordert worden. Worauß dann ohnwiedertreiblich zu schliessen / daß consulirende Junckern, ante nuperam turbationem, in quasi possessione hujus speciei jurisdictionis, vnd ihre Unterthanen in possessione libertatis, immunitatisq; , C. M. Centbarlichen Obrigkeit / vnd was dero an-
15 hängig gewesen. At verò in dubio possessoris, ejusque, qui ante turbationem notoriam in possessione fuit, potiores sunt partes : cùm præsentem possessionem habens, Dominus esse præsumatur; Gloss. *in l. sicuti, §. sed si quæratur, super verbo possessoris, in fin. & super verbo declaravi, in fin. ff. si servit. vindic.* Bartolus, *in l. quidam in suo. num. 4. vers. secundo casu. de condit. instit.* Lanfrancus, *de testibus. num. 143.* & Baldus, *in l. 1. num. 3. ff. famil. ercisund.* Paulus Castrensis, *consil. 4. incip. in causa mota per Casparum, num. 3. vers. tamen quia dominium, vol. 2.* Socinus Senior, *consil. 112. num. 22. 23. vers. circa prima, lib. 4.* Alciat. *respons. 319. num 1.* Cephalus, *consil. 63. num. 13. lib. 1.* Alexander, *cons. 10. num. 4. vol. 4.* Ac Bartolum eandem sententiam amplectentem, omnes secutos esse testatur Barbatias, *consil. 80. col 6. post num. 7. vers. preterea est, in fin. lib. 1.* & post eum Mascardus, *de probat. con-*
16 *clus. 539. num. 9. vol. 1.* Est autem hæc sententia adeò vera, ut licet quis se adstrinxerit ad probationem dominii : satis tamen sit, & ipsa possessione præsenti, dominium præsumptum adprobare: & in dubio pro eo, qui ita adstruit dominium per præsumptionem, pronunciari debeat, Baldus, *in l. fin. ff. famil. ercisund.* ubi hoc pro singulari dicit esse notandum. Idem tradit Mascardus, *de probat. in d. conclus. 530. num 23.* ubi addit: hoc fuisse insigne pronunciatum Speculatoris, *in tit. de primi. & secund. decret. §. restat. vers. sed nunquid. post n. 7.* quibus accedit Marcus Mantua, *singular. 335. quidam adstrinxerat.*

Zum dritten / kompt dem consulirenden Junckern dieses insonderheit zu hülffe / idq; omnem dubitationem adimere nobis videtur : daß durch die gefolgte observanz vnd langwieriges Herkommen / obgesetzte Investituren dahin erklärt vnd erläutert worden / daß darinn sowol merum & mixtum imperium, als simplex jurisdictio verstanden vnd gemeint seye; indem nemlich der Lehen-Herr nächstgehörter massen / nicht allein niemalen der Cent-Malefitzischen Obrigkeit / oder was selbiger anhängig / sich angemasset / sondern hingegen die Adeliche Vasalli signa & actus imperii meri, wie hernach in specie außgeführt werden solle / für sich zu allegiren ha- 17
ben. Observantia autem post subsecuta, omnes actus & contractus præcedentes declarat. *cap. cùm dilectus, extr. de consuetud. cap. cùm venissent, extr. de institut. l. si de interpretatione. ff. de legib. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad senatuscons. Macedon.* Sicque in terminis nostris tradit Baldus, *consil. 245. incip. Villa. in 3. volum.* quod in concessione castri, aut villæ, si dubitetur, an jurisdictio debeat venire? inspiciendum sit omnino, quid postea fuerit observatum. Nam si emptor aut Vasallus usus fuit jurisdictione, præsumitur, quod ab initio concedentium intentio fuerit talis, ut jurisdictio veniret. Posterius quippe factum declarat prius actum. Idemque refert & sequitur Cravetta, *consil. 294. col. 16. vers. vigesimo primo, &c.* Et hoc quoque procedere volunt, etiamsi talis observantia esset contra verum intellectum verborum investituræ seu concessionis, ut tradit Socinus, *consil. 145. col. 2. in princip. in 1. volum.* Quod etiam facilè admittendum est : quia voluntas magis ostenditur per facta, quàm per verba: *l. Paulus respondit. ff. rem rat. haber. l. reprehendenda. Cod de institut. & substitut. gloss. in l. de quibus in verb. factu. ff. de legib. cap. dilecti. 2. & ibi notabilis glossa. extr. de appellation.* Alexander. *consil. 55. num. 12. in 5. volum.* Barbatias. 18
consil. 6. col. 6. num. 10. in 1. volum. Atque ad talem observantiam declarativam seu interpretativam actus præcedentis, non requiritur tempus legitimum ad præscribendum, sed sufficit, aliquandiu post ita fuisse observatum, Paul. de Castro. *consil. 347. quia circa. col. fin. in 1. vol.* Aretin. *consil. 11. col. 3. vers. sed tamen.* Socin. *consil. 111. col. final. vers. sed certè. vol. 1.* Corneus. *consil. 188. col. fin. in 4. volum.* Decius. *consil. 48. volum. 2. & consil. 156. circ. fin. & consil. 441. col. penult. ad fin.* Propterea etiam in terminis infeudationis, dicit Cumanus, *consil. 162. incip. visa copia. colum. fin.* Quòd ex patientia longi temporis, præsumantur jura, quibus Vasallus est usus, concessa esse. *per l. cùm de in rem verso. ff. de usur. & in l. qui in aliena. ff. de adquirend. vel omitt. hæredit. & in l. penult. C. commun. dividund.* Et actus declarant, non solùm quid concessum sit, Alciatus: *consil. 22. num. 14 &c. lib. 5.* Verùm etiam in ambiguis nulla melior fortiorvè probatio, nisi ab actibus subsecutis sumi potest. Albanus, *cons. 262. num. 13. lib. 2.* 19
Et ipse Andreas Knichen. *loco suprà in secunda decidendi ratione allegato*, ubi multis, & quidē satis prægnantibus rationibus, eorum opinio-

opinionem, qui putant, sub verbo Gericht/ maximè si verba adsint ampliativa, merum imperium comprehendi, refellit: attamen tandem *n.88. & seqq.* in eo acquiescit, quòd huic disceptationi consuetudo, & subsequens observantia suppeditet decisionem: quodque per eam mens concedentis declaretur, limitetur & restringatur; eaque tanquam directrix concessionis, tutissimam suggerere possit decisionem; hicque locum debeat illud habere: exitus acta probat.

Ob gleich man auch vielleicht nicht alle actus meri imperii, sondern allein etliche à parte deren von F. vnd daß sie oder ihre Vorfahren solche zu S. exercirt, beybringen möchte / so lässt sich doch auß einem oder mehrern actibus imperii meri, ad totam speciem richtig argumentiren vnd schliessen. Dann weil J. C. F. G. in quasi possessione meri imperii (wie bey der andern decidendi ratione vermeldet) nicht gewesen / sondern consulirende Junckern etliche actus für sich anzuziehen haben: Als versiren wir gäntzlich eo in casu, de quo dici communiter solet; si nemo sit in possessione, tunc ex una specie totum imperium merum possideri, post Innocentium, Felinum, Decium, Speculatorem, Alexandrum, & alios. Vantius, *tract. de nullitatib. Rubric. qualit. & quib. mod. sentent. null.*
20 *reparar. poss num.40.* In terminis item ferè parilibus, communis opinio habet: quòd usus aliquo actu unius speciei jurisdictionis, censeatur præscripsisse quoad omnes alios actus ejusdem speciei: quamvis non intelligatur præscripsisse in alia specie jurisdictionis. Proinde cùm tres sint species jurisdictionis, videlicet, merum imperium, mixtum imperium, & jurisdictio simplex, ut omnes Doctores tradunt *in l. 1. & in l. imperium. ff. de jurisdict. omn. judic.* Si quis usus est uno actu unius speciei, præscripsit quoad omnes alios actus ejusdem speciei jurisdictionis: Ita notanter tenet Cynus, *in l. 1. col. fin. de mancip. lib. 11.* Baldus. *ibid. in repet. nobis col. penult. ad fin.* Salicetus. *in fin.* item Baldus. *in Margarita sua, in verb. jurisdictio. vers. penult. item in d. l. imperium. in 1. repetit. nobis colum. 3. & ibid. not.* Paulus de Castro. *col. 1.* & latiùs Jason. *num. 23.* pulchrè Antonius de Butrio. *in cap. final. char. penult. extr. de caus. possess. & proprietat.* Panormitanus. *in cap. cùm in tua, in 2. & 3. notab. extr. de decim.* Felinus. *in dict. cap. auditis. post num. 20. extr. de præscript.* Oldradus. *consil. 172. quia omnes. n. 24.* Romanus. *consil. 368. num. 45.* latè Alexander. *consil. 68 col. penult. in 2. volum.* Socinus. *consil. 111. num 3. & 4. volum. 1.* Cravetta. *consil. 55. in princ.* Apud quos reperiuntur & plures authoritates allegatæ: & hoc ipsum quoque sequitur, & eleganter Zasius declarat, *consil. 16. num. 54. & 58. lib. 2.* Hæcque eadem sententia multis novissimè probatur, & argumentis in contrarium à Schurpffio adductis, sufficientissimè respondetur à Georgio Everhardi, *vol. 2. consil. 34. num. 58. & seq.* loquente etiam de Nobili quodam E. M. vasallo, & consentit quoque Surdus. *consil. 429. n. 45.* Idemque *consil. 323. num. 44. & seqq.* post 21
Oldradum, & alios notanter scribit; jurisdictionem esse unum totum, & ejus possessionem indistinctè acquiri, faciendo aliquos actus, animo exercendi universaliter jurisdictionem. Idque procedere tàm respectu personarum, quàm actuum, qui sub eadem specie jurisdictionis comprehendi censentur. Et quòd unus actus sufficiat ad probandam quasi possessionem jurisdictionis, pariter in Camera receptum est, teste Tilemanno de Benignis, *syntagmat. 4.*
decad. 1. vol. 1. num. 26. Hincque etiam dici 22
solet, quasi possessionem jurisdictionis testibus singularibus approbari, dum unus de hoc, alius de alio actu jurisdictionali deponit, siquidem ad eundem finem tendant, nimirùm ad probandam jurisdictionem, omnesque actus ex eodem fonte descendant: Nellus. *de testibus. num. 183.* Baldus. *in cap. licet. il. 2. num. 9. de testib.* Socinus Junior. *consil. 99. num. 23. vol. 1.* Bertachinus. *in repertor. suo in verb. testium impugnatio. num. 58.* Gabriel. *lib. 1. commun. conclus. 12. num. 23.*

Nun seynd die in casus figuratione angedeutete imperii meri signa atque actus, so ansehnlich vnd starck / daß darauß das merum imperium, vnsers beduunckens / genugsam beygebracht werden mag: Dañ weil die Adeliche Inhaber deß Dorffs S ein Gefängnuß / vnd zwar ein solche Gefängnuß / haben / welche ad modicam coërcitionem, jurisdictionisque civilis executionem, nicht sonders dienstlich / vnd vielmehr zur Bewahrung grosser Vbelthäter / vnd Abbüssung hoher freventlicher Mißhandlungen / gewohnlich / zu gebrauchen; ist hierauß starck zu vermuthen / daß die / so solche Gefängnuß in ihrem Gewalt / selbige auch also / wie sie gemeint / vnd
dahin sie adaptirt, gebrauchen mögen. Et 23
quòd carcer meri imperii sit, docet Baldus, *in l. si quis fugitivum, §. final. ff. de ædilit. edict.* ut & Angelus, *in l. 2. num. 1. ff. de in jus vocand.* & Bolognetus. *ad l. imperium. num. 73. ff. de jurisdict.* eamque sententiam in causa Ingelheim contrà Pfaltz / approbatam fuisse, attestatur Dn. Rulandus, *tract. de interrogation. lib. 2. cap. 16. num. 35. & seq.*

So wird ferner consulirenden Junckers intention mächtig bestärckt / zumal auch / was für Personen / & cujus speciei jurisdictionis vigore, jemanden in obangedeuteter Gefängnuß je zu Zeiten auffenthalten worden / erkläret: Indem die Adeliche Besitzer deß Dorffs S. einen Stock vnd Hals-Eisen daselbst gehabt / welches erst newlich der Lehen-Herr de facto vmbwerffen lassen. Postellum

lum autem, columnas vel pila, meri imperii
signa esse, expeditum habetur, Chassanæus.
in consuetud. Burgund. rubr. des justices. §. verb.
24 *le seigneur.* nec etiam necesse esse reputatur,
ut simul probetur, aliquem illis numellis
fuisse applicatum, argumento traditorum
à Mascardo. *de probation. volum. 2. concl. 247.*
num 11. & seqq. ubi docet, per solam erectio-
nem furcarum, probari jurisdictionem, et-
iamsi per centum annos nemo fuerit in illis
suspensus.
25 Nicht weniger seynd die Vrpheden / ad
probandum imperium merum, hochdienst-
lich. Huncque actum mulctandi esse meri
imperii, quamvis infimi gradus, unanimiter
fatentur Doctores *in d. l. imperium. per l. final.*
C. de mod. mulctand. l. 1. cum ibi notat. ff. si quis
jus dicent. non obtemper. & l. 2. Cod. de sportul.
& communiter traditur *in cap. 1. per verb.*
mulctarum, tit. quæ sint regal. &c.

Responsiones ad dubitandi Rationes.

Von diesem soll kein Hinderung brin-
gen / was in prima dubitandi ratione, ex præ-
sumptione universali, quæ pro Domino re-
gionis facit, hieoben inferirt worden: Dann
hierauff Erstlich mit Grund geantwortet
26 werden mag / quòd ea elidatur per has pro-
bationes fortiores, & per magis speciales,
Cravett. *de antiq. temp. part. 4. §. materia. n. 21.*
Boërius. *decis. 211. num. 17. & 18. per. l. penult.*
de in integr. restit l. sive Cod. de probat. Cravett.
consil. 6. num. 70. consil. 35. num. 5. consil. 146.
num. 7. consil. 145. num. 11. consil. 149. num. 27.
Secundò respondeti potest, wann gleich das
S. (posito, non tamen concesso) in dem M.
Territorio gelegen; jedoch in keinem Weg
darfür zu halten / quòd de territorio M. exi-
stat; aliud autem haberi IN: aliud DE ter-
27 ritorio esse, vulgò notissimum existit. Daß
aber S. nicht pro eo, ac si de territorio M.
esset, zu halten / erscheinet hierauß / weil (1.)
dieser Fleck vor Jahren dem Teutschen Or-
den / qui æquè Status Imperii est, zugehört.
Vnd dann (2.) in Francken vnd Rhein-Lan-
den die Landsässerey nicht üblich / vnd der
Freyen vom Adel auch Lehenbahre Flecken /
nisi aliud probetur, für exempt, ratione der
Lands-Fürstlichen Obrigkeit / gehalten wer-
den. Gestalt same dann auch der Freyen Ade-
lichen Ritterschafft am Rhein Bezirck / ver-
mög Käiserl. Majestät Rudolphi II. Privi-
legien / so Simon Günther Anno 1609. zu
Speyer trucken lassen / sich biß gen A. erstre-
cket. Ingleichem irret nicht / was in secunda
28 dubitandi ratione fürgebracht worden: Re-
galia, & si quæ alia eorum naturam imi-
tantur, specialem requirere expressionem.
Namque, si post concessionem generalem
factam, ille, cui facta est concessio, sciente
concessore, diù regalibus fuisset usus, ea
quoq; concessa intelliguntur; quia sequens
usus, concessionem præcedentem intelligi-
tur declarasse. Romanus, *d. cons. 270. num. 4.*
Cumanus, *d. consil. 162.* Claudius de Seysell.
rubric. qui feud. dar. poss. part. 1. limit. 3. pag. 116.

Der Vrsachen auch nicht hinderlich ist /
was eben bey solcher dubitandi ratione, ex
sententia aliquot præclarissimorum Jure-
consultorum adstruire werden wollen / sub
verbo, Gericht / werde die Hohe Obrigkeit
nicht begriffen. Dann hierauff (1.) geant-
wortet werden mag / daß solche theorica ju-
ris, wie ex prima decidendi ratione nach
längs zu sehen / plurium juris Doctorum
consensu verworffen werde. Quemadmo-
dum etiam Michael Grassus, *lib. 2. opin. com-*
mun. cap. 7. quæst. 1. hanc ipsam decisionem
examinat, & inquit, licèt diversæ sint Do-
ctorum opiniones, quibusdam existiman-
tibus, non venire in hanc concessionem
merum & mixtum imperium, addit tamen:
Aliis tamen contrarium & verius asserenti- 29
bus (nimirùm concessâ simpliciter jurisdi-
ctione, concessum itidem videri merum &
mixtum imperium) accedendum esse: dum-
modò non subsit aliqua ratio fortis, quæ sua-
deat strictam jurisdictionis interpretatio-
nem, *per allegat. ibid.* Quæ sententia & juris
textibus, aliisque rationibus similiter com-
probatur à Scipione Gentili, *cap. 23. lib. 3. de*
jurid. fol. m. 21. & plurimos hanc tenere, in-
finitas allegando auctoritates, scripsit Vul-
tejus, *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 3.* Ut & Gylman-
nus, *tom. 2. part. 1. Symphor. fol. 22. num. 4.* &
Meichsnerus, *tom. 3 decis. 33. num. 113. fol. 1027.*
Verba hæc: Gericht vnd Recht / oder mit Ge- 30
richt vnd Recht belehnet / vix aliter, quàm de
omnimoda jurisdictione intelligi posse, ad-
sertant. (2) Responderi potest, nos non
niti solùm verbis investituræ per se, & in
thesi consideratis: sed & (ut ex tertia deci-
dendi ratione apparet) conjungi observan-
tiam securam, exercitiumque & signum im-
perii meri; sicque à posteriori declarare nos
verbum Gericht / positum in feudalibus in-
vestituris. Id quod omnem adimere dubita-
tionem, in prædicta tertia decidendi ratione
dictum fuit.

Was / zum dritten / die Actus anbelangen
thut / seynd selbige in ipsa casus figuratione
genugsam widerlegt / vnd in facto so viel be-
scheinet / daß darauß rechtmässig zu schlies-
sen / es seyen diese Actus an ihnen selbst also
nicht bewandt / daß darauß directè das me-
rum imperium zu erzwingen / angesehen sel-
bige alle von solchen delictis reden / die sich
nicht zu S. sondern in dem M. Territorio, oder
dessen Centbarlichen Obrigkeit / zugetragen.
Da dann ex notoria consuetudine, jureque
familiaritatis, die Gefangene gemeiniglich /
& quidem sine ullius præjudicio, in das Ort
geliefert werden / da die That beschehen. Et

31 etiam actus ac signa à parte Domini Consu-
lentis, utpote fortiora multò, directéq; con-
cludentia, magis sunt attendenda; nec hisce
actus illi æquivoci, id est, qui ambigui sunt
& utramque in partem admittunt interpre-
tationem, præjudicare debent. Knichen, *de
jur. territor. cap. ult. num. 256. &c.* Addi tan-
dem potest Rüdinger. *lib. 2. quæst. 16.* Tennin.
caut. 139. & Dn. Georg. Obrecht. *in tract. de
jurisd. lib. 1. cap. 7.* huius consilii materiam
eleganter tractantes.

Quæstio Secunda.

Auß jetzt deducirtem ist/ so viel die ander
Frag anbelangẽ thut/ leichtlich zu schliessen:
Daß dieser Adeliche Vasallus, entweder (ut
semel tota causa determinetur) das petito-
rium vnd possessorium zumal anstellen: (Po-
test namque petitorium & possessorium re-
cuperandæ cumulari in eodem libello, *cap.
pastoralis, ubi Doctores, extr. de caus. possess. &
propriet.* post alios Parisius, *consil. 125. num. 5.*
32 *vol. 1.* Sic etiam cumulari potest petitorium
& possessorium retinendæ, *per l. ficut §. Aristo,
& l. si diuturno. ff. si servit. vindic. cum simil.* Jo-
hannes Petrus de Ferrariis, *in pract. libellor.
action. confessor. vers. penult.*) Oder welches
vielleicht rahtsamer / *per l. is, qui destinavit. ff.
de rei vindic.* allein das possessorium intenti-
ren möge. Videri equidem posset, agere eum
debere, pro recuperando imperio mero, nec
non cæteris juribus connexis, quibus jam
de facto spoliatus existit, possessorio, *ex cap.
redintegranda, quæst. 1.* quod omnibus reme-
diis recuperandæ possessionis pinguius & uti-
lius est, ut ibi notant Doctores, & quoque *in
l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de adquir.
possess.* & latissimè Iacobus Menochius, *in 15.*
33 *remed. recuper. possess. à princ.* Atque sufficit
in eo probare, quòd aliquando possederint
ante spolium, licet non probent, quòd pos-
sederint in die spolii, ut notat Panormita-
nus, *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, num. 10. & 20.
ibiq; communiter DD. sequuntur, extr. de caus.
possess.* latè Alexand. *consil. 133. sub num. 4. vol. 1.*
Quinimò, ex multorum sententia sufficit,
antiquam possessionem unius testimonio
probare, ut cumulatè Menochius allegat,
34 *remed. recuper. possess. 15. num. 410.* Neque ne-
cesse est, probari, ipsum, contra quem agi-
tur, spoliasse: sed sufficit, quòd fecerit per
suos, Gloss. & Dd. *in l. 1. §. Interdictum autem.
ff. de vi & vi arm. & in cap. consultationib. extr.
de offic. delegat.* Nec opus est in remedio hoc,
aliquam probare violentiam, Socin. *in l. rem
qua nobis, num. 16. ff. de adquir. possess.* Non ob-
est etiam, quòd facto Principis sit spoliatus.
35 Nam & à Principe spoliatus sine causæ co-
gnitione, restituendus est, Matth. de Afflict.
decis. 361. n. 24. & 35. Cravett. *consil. 140. ante n. 3.*
36 Non refert etiã, quòd hic de incorporalibus
juribus agatur: quia etiam horum spolium
committi reputatur, *l. 3. § unde vi, junct. § pen.
ff. de vi & vi arm. cap. querelam, extr. de elect.*
Maranta, *in specul. distinct. judic. 23.* Quam-
vis spoliatio ista in rebus incorporalibus
ficta esse dicatur, Baldus, *in cap. 1. § Sacramen-
tum.* & ibidem Matth. de Afflict. *in verb. si à
judice, num. 9. de consuetud. recti feud.* Et quod
remedium *ex d. cap. redintegranda,* competat
etiam pro jurisdictione, & juribus incorpo-
ralibus, tradit Socin. *in l. rem, qua nobis. n. 13.
ff. de adquir. possess.* Ripa, *in cap. cum Ecclesia
Sutrina, num. 101. extr. de caus. possess. & pro-
priet.* aliique plures, quos refert & sequitur
Menochius, *d. 15. remed. recuper. possess. n. 200.*
Deniq; non obstat; quòd hoc casu sit agen-
dum contra sacri Romani Imperii Princi-
pem, & quidem illius loci, cujus eâ ratione,
ipso jure fundata intentio videatur: ita, ut
ad restitutionem non debeat compelli; nisi
Actor evidenter titulum, & dominium illo-
rum jurium probet. Etenim huic traditio-
ni, veritas & jus cumprimis feudale contra-
rium est; ut & in terminis pulchrè lateque
probat Matthæus de Afflict. *in cap. Imperia-
lem, illud quoq; nobis, num. 34. usq; ad finem.* no-
tabiliter concludens, si Dominus spoliârit 37
vasallum re feudali, & vasallus probet, se in
illius fuisse quasi possessione, licèt non pro-
bet de titulo feudi, investitura, sive proprie-
tate, quòd tamen vasallus sit restituendus.
Et ibidem respondet omnibus argumentis,
quæ possunt in contrarium adduci. Eumq;
in hoc remissivè & expressè sequitur Meno-
chius, *in dict. 15. remed. recuper. possess. n. 469.*
Quæ conclusio tantò magis procedet in ca- 38
su nostro, in quo adesse videtur tacita inve-
stitura; scilicet, cùm per observantiam secu-
tam, & exercitium jurisdictionis, post infeu-
dationem pagi S. cum patientia domini feu-
di, tacita quædam declaratio processisse vi-
detur, quod & jurisdictionem criminalem,
seu imperium merum, cum cæteris juribus
nobilibus ab F. concesserit in feudum.

Doch hielten wir vnsers theils das raht-
samste zu seyn/ wann er Juncker dem Lehen-
Herrn kein quasi possession der Centbarli-
chen Obrigkeit gestünde/ (wie sonst in reme-
dio *cap. redintegranda*, ex parte agentis be-
schehen muß) sondern alle wiederige Actus
pro turbatione haltẽ vnd anziehen/ & ita das
remedium retinendæ possessionis *uti possi-
detis*, anstellen/ auch sonst fleissig in Obacht
nemmen thät/ ob nicht inzwischen ein solcher
Actus sich begeben möchte / welcher auff die
constitutionem pignorationis applicirt wer-
den/ vnd man also rectà ad Cameram gelan-
gen könt. Sin verò Dominus consulens pro-
bationibus non diffidens, vel exceptioni-
bus, ex facto ab adversa parte proponendis,
etiam petitorium, cum possessorio judicio
cumulare velit (Quod petitorium intelligi-
mus hîc, actionem confessoriam, quâ inten-
dunt

dnnt sibi tale jus esse; vel negatoriam; quâ
intendunt, adversario jus non esse) actiones
ex communi practica dantur pro quocunq;
incorporali jure. §. *aquè, Instit. de action.* &
ibid. Johan. Faber, *n.3.* Jason. *n.34.* & *35.* & Za-
39 sius, *omninò in fin.* Opportunum erit, ut quo-
ad hoc intentionem suam fundet, non ex
uno capite solùm, sed ex duobus subordina-
tè; nimirùm, tùm ex ipsa investitura expres-
sa, simulq; ex tacita, quoad imperium & ju-
risdictionem, ratione observantiæ & exer-
citiorum secutorum. Qualitercunq; autem
agent, simpliciter factum narrabunt, quoad
turbationes & spoliationes, verbis honestis,
temperatis, & minimè acutis; ne Dominus
feudi aliqua etiam levi cōtumelia afficiatur.
Quinimò veniam quoque priùs à Domino 40
suo directo petent, antequàm eum in jus vo-
cent; quòd pro cautela fieri, securius est: ex
quo de hoc requisito, Disputationes sunt in-
ter Doctores, ut videre licet apud Zasium,
dict. num. 49. Julium Clarum, *lib. 4. sent. §. feu-
dum. quæst. 25.* & Rolandum à Valle, *consil. 18.
num. 8. & 15. vol. 2.*

Addere hîc lubet, quæ ex consilio quodam Dn. Matthæi Entzlini, JC. ingeniosissimi, experientissimique Practici, transcripsi quondam, quæque ad confirmationem præcedentis decisionis; maxime facere videntur.

CErti Juris est, quod castro, op-
pido aut pago aliquo, in feudum
simpliciter concesso, simul et-
iam omnimoda jurisdictio, &
sic merum imperium conces-
1 sum intelligatur. Nam feudalis concessioois
natura hæc est, ut omne dominium utile,
transeat à Domino ad Vasallum: *cap. 1. §. 1. ibi,*
tanquam Dominus. *de Invest. de re alien. fact.*
& consequenter jurisdictio omnis, etiam
utiliter cum re feudali concessa censetur. *per
cap. 1. in princ. de Capit. qui cur. vend.* Bald. *in l. 1.
quæst. 47. ff. de rer. divis.* ubi dicit, vasallum ha-
bere jus utile in jurisdictione & territorio,
cum utilitate, & effectu. Et facit, quod idem
tradit *in l. fin. C. si a non compet. jud. &c.* po-
nendo quæstionem de eo, qui commisit ho-
micidium in Castro Spolet. &c. Martin. Lau-
dens. *in suo tract. de Principe. in prima rub. con-
clus. 138. incip. Dux Mediolani.* Alex. *in prælud.
feud. circ. med.* Iohannes Faber, *instit. de Attil.
2 tut. in princ.* ubi dixit, Dominum directum
non posse in terra Baronis sibi subjecti, dare
tutorem pupillo, nec alium Actum jurisdi-
ctionalem exercere. Curtius Sen. *Cons. 2. in-
cip. vasallus habens.* allegans etiam *text. in cap.
3 Roma. extr. de offic. ordin. in 6.* ubi Archi-Epi-
scopus non potest exercere jurisdictionem,
in Diœcesi Episcopi sui suffraganei; & con-
cludit; sic etiam dominum directum non
posse se intromittere in feudi jurisdictionē
sui vasalli; nisi in casu negligentiæ. Idem
tradit Felin. *in cap. pastoralis. in 6. limit. extr. de
off. ordin.* Panorm. *in cap. Cæterùm habet. de ju-
diciis.* Thom. Gram. *Neapolitan. decis. 80. n. 11.*
4 Hinc pro regula traditur, superiorem se non
posse intromittere de primis causis occur-
rentibus in tertis vasallorum, per Dd jam
citatos, & Præposit. *in cap. 1. in fin. de controv.
inter Vasall.* Albert. Brun. *in consil. feudal. 31.
num. 3. 10. & 11.* ubi plura. Roland. à Valle,
consil. 48. num. 22. 25. vol. 2. Wesemb. *consil. 95.
num. 27. cum sequent.* Menoch. *de præsumpt.
lib. 2. præsumpt. 18. n. 5. 6. & 7.* qui plures alios
adhuc citant. Ubi omnes ita inferunt, cùm 5
vasallus habeat utile dominium, cum utili-
tate & effectu, ideò ad ipsum solum perti-
nere exercitium jurisdictionis mixti & meri
Imperii; & sic cum translatū sit utile domi-
nium, privativè translatam jurisdictionem
intelligi: quia apud duos in solidum esse ne-
quit, *per vulg. reg.* & not. Cravett. *consil. 411.
num. 5. & 6.* ideòque dominium feudi, non
posse exercere jurisdictionem in homines
sui vasalli. Nam sola superioritas, quæ ab 6
utili dominio vasalli separata est, excepta in-
telligitur. Bald. *in l. 1. §. per hanc Cod. de rei vin-
dic.* Dd. *in l. benè. Cod. de quadr. præscript.* We-
sembec. *d. consil. 95. num. 28.* Menoch. *de præ-
sumpt. 18. num. 5. cum seqq.* per not. Cravett.
consil. 411. num. 36. Et ex hac ratione, quod 7
scilicet in Vasallum utile Dominium confe-
ratur, infert Paul. de Castr. *in consil. 354. num.
1. & 2.* omnem dispositionem in re feudali,
pertinere ad solum vasallum; sicut ad usu-
fructuarium: cùm vasallus sit verus Domi-
nus utilitatis; quem refert & sequitur Ro-
land. à Valle, *d. cons. 48. num. 28. vol. 2.* Huc 8
pertinet, quod tradit Oldrad. *consil. 224. incip.
ita sunt. col. 1. post med.* Feudatarium habere
potentius jus Domino directo, quia Domi-
nium utile præferatur directo, &c. Cravett.
d. consil. 411. num. 36. in fin. Et quidem ejus-
modi feudalis concessio, in dubio latè acci-
pitur, ut etiam jurisdictio omnis compre-
hensa censeatur; ideò etiam Principum be-
neficia, quæ à divina eorum indulgentia pro-
ficiscuntur; contra ipsos Principes, latissi-
mam interpretationem admittunt, *per l. fin.
ff. de constit. princ.* Sapia. *in l. 1. num. 66. ff. de ju-
risdict. l. donationes quas Divus. Cod. de donat.
inter virum, & uxor. c. cum dilectus, de verb. sign.*
Cravett. *d. consil. 411. num. 32. in princ.* Castr.
consil. 354. num. 2. in fin. Loff. *consil. 24. num. 8.
cum seqq. & passim alii.* Hinc in specie com- 9
muniter traditur: quia Princeps concessit
Castrum, Oppidum, vel Pagum cum juris-
dictione, ac solùm agitur de præjudicio Prin-

cipis concedentis, quod tunc merum con-
cessum Imperium dicatur, Dynus, quem re-
fert & sequitur Iohan. Andr. *ad* Spec. *t. de ju-*
risd. omnium judic. in princ. Oldrad. *consil. 252.*
Valascus, *in l 7. num. 35. ff. de jurisd.* Molin. *in*
consuet. Paris. tit. 1. § gloss. 5. num. 48. Covatruv.
pract. quæst. cap. 1. num. 10. Menoch. *lib. 3. de præ-*
sumpt. præsumpt. 87. num. 15. & 39. & n. 14 vers.
10 *tertio.* Castri enim, sive Pagi aut Oppidi ap-
pellatione, Universitas significatur. Innoc.
in cap. ex literis n. 2. extr. de jure patron. Oldr.
consil. 252. num. 8. Cravett. *consil. 701. num. 42.*
11 ubi latè. Quandò autem concessio fit no-
minibus, universitatem signantibus, tunc
etiam ea, quę aliàs specialem requirunt con-
cessionem, veniunt. Iason. *consil. 45. num. 5.*
vers. principaliter. vol. 1. adeò, ut etiam regalia
contineantur. Innoc. *in d. c. ex liter. num. 2.*
extr. de jur. patron. Oldrad. *d. consil. 252. num. 8.*
Paris. *consil. 9. num. 19. lib. 1.* Cravett. *consil. 241.*
num. 20. vers ita tamen respons. 10. & cons. 896.
12 *num. 3.* ubi plures allegat, qui tradunt, sub
Castri concessione, regalia etiam contineri.
Multò magis autem, in ejusmodi Castri vel
Oppidi concessione, jurisdictio omnis con-
tinetur, licet non sit facta pertinentiarum
mentio. Cravett. *d. consil. 701. num. 45. post*
princ. & consil. 895. num. 4. & alii suprà citati.
13 per Ias. *d. consil. 45. num. 4. v. 4.* ubi tradit, in
donatione Castri, venire merum & mixtum
imperium & jurisdictionem, eò quòd no-
mine Castri, veniat territorium, & sic quæ-
dam universitas, cui insit merum Impe-
rium, *per l. 1. §. cum urbem. ff. de off. præfect. urbi.*
per Bald. cap. 1. num. 4. versic. Item scias. d. cap.
qui cur. vend. & plures alios, quos adducit.
14 Generaliter enim, quoties conceditur ali-
quid universale, ut Castrum, Oppidum; in-
telligitur omne jus, quo ipse concedens uti
potuit, in eo loco alii concesso, qualecunq;
id sit: & omne, exceptâ supremâ potestate,
concesisse. *per text. in l. traditio. ff. de acquir.*
rer. dom. l. alienatio. ff. de contrah. empt. Bart. *in*
l. 1. §. 1. num. 5. ff. de off. præfect. urb. Rom. *consil.*
944. num. 7. vers. aut vendita. Cravett. *d. consil.*
701. num. 45. vers. id quia. ubi plures allegat.
Hinc & Innoc. *in cap. cùm ad sedem. extr. de*
15 *rest. spol.* scripsit: Si Princeps concedat Ca-
strum, intelligi etiam concesisse territo-
rium, & omnia emolumenta, quæ ipse po-
terat quovis modo capere, tàm in terra,
quàm in mari & aquis. Idem tradit Luc. de
Penna, *in l. 1. de priv. schol. lib. 12. lit. C.* scribens,
concesso castro, censeri concessum merum
Imperium, & omnia, quę erant penes regna:
quæ sunt talia, quæ per eum, cui fit conces-
sio, possint possideri. Quem refert & sequi-
tur Loffred. *d. consil. 24. num. 12.* ubi is etiam
loquitur de regalibus, universali concessio-
ne comprehensis. Sic Castro concesso, et-
iam Angaria, quæ aliàs specialem concessio-
nem requirunt, concessa dicuntur, per Ias.
d. consil. 45. num. 5. vers. 5. vol. 1. Refert, & se-
quitur Cravett. *consil. 294. num. 2. vers per ista*
duo dicta. Idem respondit Marcus Anton.
Natt. *consil 435. num. 6. 10. cum seqq. tom. 1.* Ce-
phal. *consil. 150. num. 11.* Ubi etiam *num. 9.* 16
tradit, jura honorificentiâ, venire sub con-
cessione Castri, & sic Castro, vel Oppido
concesso, tanquam universali, in conse-
quentiam veniunt etiam ipsa Regalia, quæ
ipse concedens habuit, per Dd. jam citatos.
& Cuman. *consil. 162. col. 2. in princ.* Paul. de
Castr. *consil. 63. num. 3. in princ. lib. 1.* Nam (ut 17
dictum est) Princeps censetur omnia dedisse,
quæ erant sua. per Dd. supra allegatos, &
Oldr. *consil. 252. num. 8.* Bald. *in l. 2. num. 12.*
Cod. de ped. jud. & in cap. 1. §. item, si quis. num. 2.
Quib. mod. feud. amit. & cap. 1. in princ. num. 12.
circ. fin. vers. quarto quia de cap. qui cur. vend. &
consil. 32. incip. Quidam nobilis. n. 3. in fin. lib. 1.
consil. 202. num. 2. vers. ampliùs lib. 2. & cons. 145.
incip. Villa in princ. lib. 3. Paris. *consil. 9. num. 19.*
lib. 1. Sicut & aliàs concessio censetur facta
de toto jure concedentis. Bald. *in d. cap. 1. de*
cap. qui cur. vend. Iacob. de S. Georg. *in suo*
tractat. feud. verb. Et cum Argentifodinis Dec.
consil. 292. incip. quoq; tenui. Marc. Anton.
Natta. *d. consil. 435. num. 10. tom. 2.* Wesemb.
consil. 45. num. 41. Unusquisque enim cense- 18
tur, rem talem transtulisse, qualem ipse ha-
buit. *d. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.* His 19
accedit insuper, quòd ipsa simplex & nudè
facta in feudum concessio, censeatur uni-
versalis. Feudum enim ipsum quædam uni-
versitas tàm juris, quàm facti est. *per notabi-*
liter tradita Andr. de Isern. *in cap. 1. in princ.*
col. 5. Quid sit invest. Ias. *in consil. 10. incip. vi-*
deretur. ad fin. vol. 3. Ubi ex hac sola ratione 20
infert, etiam regalia transire, cùm per uni-
versitatem quædam transeant, quæ per se
particulariter non transferuntur. *per l. in mo-*
dicis. ff. de contrah. empt. l. quadam. num. 62. ff. de
acquir. rer. dom. cap. cum seculum. extr. de jure
patron. c. quia extr. eod. Roman. *singul. 561.*
Iason. *d. consil. 45. num. 5. vers. sexto. lib. 1. & con-*
sil. 10. ad fin. lib. 3.

Cumque pro regula traditum sit, castro 21
vel pago, in feudum concesso, ejus omne
Dominium utile, omnemq; dispositionem,
& sic etiam exercitium meri Imperii, in
ejusmodi concessione Principis beneficii
contineri: *per supra allegata.* Ideò hæc inter-
pretatio tanquam favorabilis, & quæ juris
communis regulæ sit conformis, ample-
ctenda in dubio est, nisi aperta exceptio ap-
pareat. *per not. in l. 1. ff. de R. I.* Ita in specie
Brun. *d. consil. 31. num. 4. & 5.*

Ferner ist kundlichen Rechtens / quod 22
Castro aut Pago, cui Iurisdictio omnimoda
adhæret, concesso, censeatur simul (nulla
etiam jurisdictionis mentione facta) omnis
jurisdictio concessa. *arg. l. 1. § cum urbem. ff. de*
off. præfect. urb. Ubi commissa urbe, etiam ju-
risdictio

risdictio commissa censetur, post Bart. *Dd. in l.3. ubi* Longoval. *num.*204. Valasc. *num.* 51. *&* 551. Ias. *num.*11. *ubi dicit, omnes Dd. hoc tenere. ff. de jurisd. omn. Iud.* Molin. *d. loco. in consuet. Paris. tit.*1. *§.*1. *gloss.*5. *num.*47. *in princ.* Roman. *in l.3. in princ. num.4. vers. secundò casu. ff de acquir. possess.* Covarruv. *pract. quæst. cap.*1. *num.*10. *versic. quam ipse censeo. & col. penult. vers. tertio constat.* ubi multos citat, communem dicens. Menoch. *d. tract. de præsumpt. lib.3. præsumpt.97. num.13.* ubi hoc confirmat textibus, *& num.46.* ubi scribit, hanc sententiam egregiè satis probate *l. testator. §.1. ff. leg. 2. l. testator. in princ. l. Iulianus ff. de leg.3.* Idem Menoch. *d tract. lib.2. præsumpt.18. num.5.* & idem Menoch. *d. tract. præsumpt.99. num.1. & seqq. lib.3.* ubi post alios tradit, Castro vel oppido concesso, etiam pertinentias concessas intelligi; & passim alii.

Iam verò ex præcedente deductione satis superque constat, omnimodam jurisdictionem isti Castro & Pagis, ab antiquissimo tempore, semper adhæsisse, apud omnes possessores, universales & singulares, adeò ut doceri non possit, jurisdictionem ab isto Castro, Oppidis sive Pagis unquam fuisse separatam.

Sonderlich/dieweil in allen Lehen-Brieffen diese Wort / Leihen vielberührte Stuck/ mit allen ihren Zugehörungen/ꝛc. außtrück-
23 lich inserirt; vnd gesetzt worden. Verbum enim pertinere, est latissimæ significationis. *l. verbum pertinere. ff. de verb. sign.* Ut in investituris positum comprehendat omnia accessoria, & ea etiam, quæ Castro ex consuetudine debentur; per celebre dictum Innoc. *in cap. Ad sedem. ext. de restit. spol.* passim à Dd. approbatum & præcipuè à Bald. *in c.1. col.2. vers. modò si quæritur. de cap. qui Cur. vend. & consil.468. incip. qualiter probetur. num.7. lib.3. & consil.445. incip. qualiter probetur. n.6. lib.5.* Abb. *in c. ex literis. in fin. ext. de jur. patr.* Dec. *consil.516. num.23.* Curt. Iun. *consil.*158. *n.*30. Marc. Anton. Natta, *consil. 435. n.18. tom. 2.* Cephal. *consil.* 150 *num.* 14. Tiber. Dec. *resp. 123. num.28. vol.3.* ubi etiam de regalibus tra-
24 ctant. Et generaliter, pertinentiarum nomine continentur, quæ concedens in castro concesso habet. Alexand. *consil.105. col.1. in fin. lib.6.* Cephal. *consil.321. col. penult. post med. lib.4.* Dec. *consil.516. col.6. circ. med.* Cravett. *consil.345. num.9. in med. & consil.480. num.1. 3.4.7.9. & consil.895. num.3. & 4.* Tiber. Dec. *respons.123. num.37. cum seqq. vol 3.* ubi plures citant, & sic etiam omnis jurisdictio quam habuit, post alios Menoch. *de præsumpt. lib.3.*
25 *præsumpt.101. num 5.* Et maximè quidem, si dictum sit cum omnibus pertinentiis: nam horum verborum latitudo obstat, quo minus restrictiva aliqua interpretatio fieri possit. Includunt enim illa omnia non tantum expressa similia, sed etiam majora, *per gloss. in clem. ne Romani. vers. quovis modo. de elect. & in c. fin. vers. quovis modo. de sentent. excom. in 6.* Decian. *in c. sedes. col.5. extr. de rescript.* Socin. *consil.242. col.1. & 2. vol.2.* ubi etiam vult, his verbis contineri jus speciale restitutionis in integrum; plenissimè Car. Ruin. *consil.98. num.11. cum seqq. & consil. 123. lib.2.* Gozad. *consil.1. num.19.* Cephal. *d. consil.* 150. *num.15.* ita de regaliis loquens Marc. Anton. Natta, *d. consil.435. num.19. tom.2.* Faciunt not. Cravet. *consil.294. num.3. vers. & mustum.*

Et quidem his verbis, cum omnibus per- 26
tinentiis, comprehenduntur etiam ea, quæ impropriè sunt & dicuntur pertinentiæ, & consequenter etiam Regalia, licet impropriè pertinentiæ appellentur; in specie Marcus Anton. Natta. *d. consil.435. n.13. & seqq. tom.2.* Cephal. *consil.150. num.* 8.

Wie dann auch gemeldtem Lehen-Brieff diese Wort (mit allen ihren Gerechtigkeiten) einverleibt/vnd dahero desto vnzweifenlicher zu schliessen / daß auch ipsum merum Impe-
rium concedirt worden seye. Nam Castro 27
aut Pago cum omni jure, sive (ut hoc casu) cum omnibus juribus suis concesso, comprehenduntur omnia, per not. Old. *cons.*121. *num.*11. Ias. *consil.*102. *num.2. ad fin. lib.*1. Cravet. *d. consil.*702. *num.55.* etiam quæ ex privilegio competebant, ut Regalia & alia, post alios Marc. Anton. Natta. *d. consil.435. num. 13. tom.1.*

Est item notissimi juris, concessâ aliquâ, 28
generali verbo, jurisdictione, non solùm mixtum Imperium; & simplicem jurisdictionem, sed etiam merum Imperium concessum intelligi, *per text. in §. nos Roman. ibi jurisdictio tàm in causis criminalibus, quàm pecuniariis. ubi* Bald. *de pace constant. & per l.1. in princ. ff. de off. eius cui mandat. est jurisdict. text. in §. jurisiurandi. auth. de defens. civit. col.3. ubi gloss. & c. fundamenta.17. de Elect. in 6.* cùm 29
(ut dictum est) Principum huiusmodi beneficia latissimè sint interpretanda. *per d. l. fin. ff. de constit. princ. & l. hac saluberrima.* ubi dicitur: per absurdum, perque temerarium esse, Principis liberalitatem, sive beneficii concessionem non ad augmentum, sed diminutionem convertere. *C. de agent. in reb. lib.* 12. maximè jurisdictionum concessiones, tanquam favorabiles. *per l.3. §. ult. ff. de off. præsid.* Roland. à Valle, *consil.42. num.23.* Præsertim, per feudalem contractum factæ. *per not.* Felin. *in c. qui sedem. num.4. vers. cogitabam. ext. de off. ordin. & deleg.* Kirch. *in com. opin. ubi jurisdictio in genere. ante fin.* Valasc. *in d. l.3. num.38. ante fin. ff. de jurisd. omn. jud.*

Et hanc quidem sententiam, quod ge- 30
nerali aliquo verbo (ut hoc casu; Obrigkeit vnd Zugehörung) non solùm mixtum Imperium, & simplex jurisdictio, sed etiam merum Imperium concessum videatur, omnium Dd. suffragio approbatam esse con-

stat,

ftae, *per Dd. in d. l. 3.* ubi Iaſ. *num. 11.* Logoval.
num. 189. in pr. Item Valaſc. qui communem
fatentur. Sapia. *num. 13.* Dec. *num. 27. & seqq.*
Caccialup. *num. 6.* Purpurat. *num. 61. in princ.*
& alii ff. de jurisd. omnium jud. Idem Dec. *in*
d. c. qui sedem. num. 27. & seq. ubi etiam Alciat.
num. 38. extr. de off. ordin. Chaſſan. *in consuet.*
Burgund. rubr. 1. num 24. Covar. *pract. quaest.*
cap. 1. in fin Roland à Valle, *d. consil. 42. n. 12.*
cum seq. Weſemb. *d. conf 95. n. 18.* Ceph. *consil.*
558. n. 41. Kirch. *d. loco. comm. opin. ibi jurisdictio*
in genere. qui plures alios citant.

Dieſes alles hat vmb ſo viel mehr ſtatt/
weil angezogenen Lehen-Brieffen obgemeldte
clauſula (leihen/ was wir Jhme vnd Jhnen
zu recht daran verleihen ſollen oder mögen)
31 angehenckt. Ut enim aliàs quidem Domi-
nus, qui Caſtrum vel Pagum in feudum con-
cedit, id cum omnibus juribus & pertinen-
tiis, quemadmodum erat penes ipſum con-
cedentem, intelligitur conceſſiſſe. *per d. l. 1.*
§. cùm urbem. de offic. praefect. urb. & similes. quas
in hac specie adduxit Paul. de Caſtr. *d. conf. 354.*
num. 2. vers. 5. praeterea, qui sibi dictum Castrum.
32 *part. 1.* Ita multò magis, omnia quæ in re,
jure feudali conceſſa, domino concedenti
competierunt, ſimul etiam translata in Va-
ſallum cenſentur, ſi clauſula iſta adjecta fu-
erit. Nam in hac clauſula, quantum de jure
poſſumus & debemus, tantum ea non con-
tinentur, quæ Princeps concedere haut po-
tuit, ſi maximè voluiſſet concedere, *per not.*
Innoc. in c. Episc. extr. d. constit. Bald. *in Margar.*
in vers. clausula 1. & in c. 1. §. hoc quoq; extr. de
success. feud. Curt. Sen. *conf. 8. incip. viso instru-*
mento. col. 2. Brun. *consil. 23. num. 4. consil. 121.*
num. 30. Menoch. *consil. 103. num. 59.* Tiber.
Decian *respons. 18. num. 382. vol. 1.* & alii, ac ſi-
mul etiam ſola ſuperioritas excepta dicitur:
ſicut hoc caſu his verbis (vns vnd vnſerm
Hauß Oeſterreich an ſeinen Rechten ohn-
ſchädlich) excepta apparet.
33 Quæ verba quidem (ſalvò jure) noſtro
eâ quæ vaſallo conceſſa intelliguntur, ne-
quaquam continent, ut declarat And. Iſern.
in cap. 1. colum. 4. in princ. qui success. tenean-
tur. Hartm. Piſtor. *lib. 2. part. 2. quaest. 48. num.*
21. & 23. ad fin. Cravet. *d. consil. 413. num. 37.*
& 38. ubi latè & in ſpecie tradit, per iſtam
clauſulam, (per ſe quidem incertam) non
impediri feudatarium, quò minus ipſe pri-
mas cognitiones habeat, in cauſis ſubdito-
rum, in quibus Dominus directus non ſe in-
tromittere poſſit.
34 Et quidem eò magis hoc caſu merum
Imperium feudatario conceſſum dici debet,
quod feudalis iſta poteſtas non ex mera li-
beralitate & beneficentia vera collata ſit,
ſed res planè allodialis fuerit, & ſpontè in
feudum recognita. Faciunt not. Cravettæ,
dict. consil. 413. num. 24. vers. quartò. & num.
40. ad fin.

Uſus enim & obſervantia ſubſecuta, evi- 35
denter declarant, quid in feudali conceſſio-
ne fuerit comprehenſum, *argum. l. si servus*
plurium. §. ult. ff. de legat. 1. ubi Iaſ. *num. 1. &*
Dd. communiter l. cum quis 16. C. de natural.
lib. Aymo Cravet. *consil. 464. numer. 6.* Me-
noch. *conf. 158. num. 18.* Hinc traditur, ex ſe- 36
quenti actu veritatem actus præcedentis re-
ctè colligi. *l. sed Iulian. §. proinde ff. ad S. C. Ma-*
ced. l. caetera. §. ult. ubi Alex. & Ias. ff. de legat. 1.
l. si cum fundum. 126. ff. V. S. cum aliis similibus.
Alciat. *de praesump. Regul. 1. praesum. 26. num. 8.*
Cephal. *consil. 148. num. 7.* Tiber. Decian. *re-*
spons. 20. num. 33. respons. 93. num. 112. vol. 2. &
respons. 113. num. 14. vol. 3.
Ita in ſpecie traditur, ſi dubitetur, an in 37
venditione aut conceſſione caſtri, veniat ju-
riſdictio? inſpici debere id, quod poſtea ob-
ſervatum fuerit: & ſi uſurpata ſit juriſdictio,
cenſeatur eſſe conceſſa, Bald. *consil. 245. in-*
cip. villa. lib. 3. Cravet. *consil 294. num. 7. vers. 2.*
post princ. Similiter ex obſervatione ſubſe- 38
cuta, declaratur dubia conceſſio, ut in ea et-
iam regalia comprehenſa cenſeantur, quæ-
cunque poſſeſſa fuerint ab eis, quibus facta
conceſſio ſit. Cuman. *consil. 162. incip. visa co-*
pia. col. 2. circ. med. vers. praeterea. Paul. de Caſtr.
consil. 347. incip. quia circa. num. 4. lib. 1. Dec.
consil. 517. num. 7. Cravet *consil. 701. num. 57. in*
princ. Hûc pertinet, quod traditur, per poſ-
ſeſſionem declarari, quid veniat nominé
pertinentiarum. Pariſ. *consil. 3. num. 10. & 16.*
vol. 4. Laurent. Kirch. *conf. 10. num. 51. vers. &*
hoc quidem tom. 5. var. consil. Ut ob id juriſ-
dictio (licet eius nulla mentio facta fuiſſet)
in Caſtri conceſſione, etiam comprehenſa
cenſeatur. Bald. *d. conf. 245. lib. 3. & alii.* Imò,
etiam regalia incluſa intelligantur. Decian.
conf. 512. num. 7. Cravet *dict. conf. 701. num. 57.*
in princ. Et hæc quidem probatio, quæ ex
obſervatione ſecuta ſumitur, omnes alias
probationes ſuperat. *per not.* Decian. *resp. 124.*
n. 15. vol. 3. Is enim intellectus ſemper præ- 39
ferri debet; quem rerum exitus verum eſſe
demonſtrat. Iaſ. *conf. 228. col. penult. in princ.*
lib. 1. Cravet. *conf. 194. n. 8. vers. 2. post princ.*
Cumque ex uno etiam actu, de qualitate 40
rei feudalis certa ſumatur interpretatio (feu-
dum enim, poſt unum actum, ſemper ca-
dem qualitate, eodemq; jure poſſeſſum præ-
ſumitur. *argumento c. cum Sutrina. extr. de*
causa possess. & propriet. Molin. *in consuet. Pa-*
ris. tit. 1. §. 7. num. 9 ad fin. Weſemb. *consil. 73.*
num. 21. in princ.) quantò magis ex tot tamq;
evidentibus actibus; de jure & quantitate
feudi (hoc caſu) declaratio facta eſt? Multi- 41
plicatio enim actuum, plurimum operari
ſolet. *per not.* Bald. *in rubr. C. si quis aliquem*
test. prohib. Dec. *conf. 504. num. 9.* Decian. *re-*
spons. 1. num. 204. & respons. 5. num. 28. resp. 42.
vol. 1. & respons. 1. num. 136. vol. 2. & paſſim alii.
Et ſic hæc, per tot actus probata obſervatio,
decla-

declarasset feudalem concessionem (si fuis-
set dubia) ab initio factam. *per c. cùm venisset. extr. de instit. l. hoc legatum. ff. de leg. 3.* Castr. *consil. 18. num. 41. & 49.* Marc. Anton. Natta. *cons. 669. num. 28.* Nevizan *cons. 9. num. 5.* Alc. *respons. 190. num. 9.* & alii passim.

42 Deniq; talis observatio, tàm potens est ad
declarandam dubiam feudi concessionem,
ut in ea non requiratur legitima temporis
præscriptio per Paul. de Castr. *consil. 347. col. ult. lib. 1.* Aret. *cons. 11. col. 3 vers. sed tamen ex abundanti.* Socin. *cons. 4. ad fin. vers. sed certè possumus dicere. vol. 1.* Cravet. *d. cons. 701. n. 57. in princ.* Corn. *consil. 188, ad fin. fol. 4.* Tiber. Decian. *respons. 124. in pr. vol. 3.*

43 Nam patientia etiam decem annorum,
vel minoris quoque temporis, consensum
eius, qui patitur, evincit, Bald. Ang. Aret.
Imol. *in l. qui aliena. in pr. ff. de acquir. poss.* Felin. & alii. *in c. Alberic. in fin. ext. de test.* Corne. *cons. 357. incip. dictos. lib. 3.* Ias. *cons. 89. incip. Aggredior. in fin. lib. 2.* Tiraquel. *de legib. connubial. gloss. 5. num. 39. & seq.* Latè Wesemb. *con-*
44 *sil. 12. num. 13. & 20.* Hinc in specie scribit
Rom. *cons. 271. num 4.* Jura regalia in vendi-
tione castri contineri, si sciente & patiente
venditore, longo tempore illis usus fuerit,
quippe venditoris voluntatem indè decla-
rari. *d. l. qui aliena. vers. sed si non adiecit. ff. de acquir. hæred. l. si filius. C. de pet. Hæred. l. cum post ff. de jur. dot. per notat gloss. in l. si probatum.*
45 *C. communi dividund.* Præsumitur autem
hoc in casu scientia, ex eo, quod merum Im-
perium publicè usurpatum sępius fuerit, per
nor. Grati. *consil. 49. num. 8. lib. 1.* Gram. *decis. 625. num. 28.* Cravet. *cons. 275. num. 8. vers. 2.*
maximè cùm actus meri Imperii tales per se
sint, qui soleant in aliorum (præsertim vici-
norum, quorum interesse posset) notitiam
venire, *arg. c. aliud ext. de Cler. excom c. quando. ext. de transact.* Bart. *in l. si potest. col. 5. nunc videamus. ff. de acquir. hæred. & in l. qui Roma. §. duo fratres. quæst. 3. ff. de V. O.* Cravet. *cons. 123. num. 3. & cons. 271. col. penult. vers. 4. arguitur.* Cephal *cons. 361. num. 24. cons. 315. num. 28. &*
46 *cons. 350. num. 9.* Quod si etiam actus juris-
dictionales, videntibus & spectantibus offi-
cialibus Principis, (ut hoc in casu accidit)
usurpati fuerint; censetur, id ex certa scien-
tia & magis deliberata voluntate Principis
factum fuisse, *per not. in l. fin. C. de temp. appell. §. in his autem. & l. offerendum in pr. C. de appell.* Canon. *in rubr. ext. de constit.* Tiber. Decian. *d. respons. 124. num. 20. vol 3.*

47 Est porrò certi juris, jurisdictionem longo
tempore, scilic. decem annis, præscribi pos-
se, cùm possessionem habeat continuam,
Tiraquell. *tract. de nobilit. cap. 20. num. 181.* &
ita etiam diei solet, Donationes Illustrium
personarum, non egere insinuatione. Bald.
in l. sancimus, Cod. de donat. eamque ibidem;
59 *num. 4.* rationem subdit; quòd eiusmodi per-
sonæ illustres semper suum habeant Comi-
tatum, & publicè fieri dicatur, quod ab illis
fit, quibus tot Proceres assistunt: indeque
porrò omnis fraus, & dolus excludatur:
Cumque in hoc in nostro casu militet huius
privilegii causa, adsit habilis persona (Prin-
cipitla nimirùm Aulam, & Aulicos Officia-
les habens) non sanè videmus, cur cessare,
vel quiescere hîc debeat effectus, per jura
vulgò vulgata.

Zum Fünfften ist hierbey auch dieses zu
erwähnen/ daß/ sowol die Testirerin/ als der
institutus Heres, so ab intestato proximio-
res, vnd diese Dispositionem widerfechten
möchten/ sampt lich Fürstlich. hohen Stands
Personen seynd / welche gegeneinander in
keinen Weg das jus strictum, eiusque apices
odiosos in Acht nemmen/ sondern ex mero
naturali, gentiumque jure, ihre gegeneinan-
der habende Streitigkeiten erörtern sollen.

60 Quam eandem quoq; ob causam, omnes
Principum contractus bonæ fidei esse di-
cuntur, ut docet Franciscus Hotomannus;
consil. 15. & idem firmant Decius, *consil. 4. n. 2.*
in fin. Tiber. Decian. *consil. 12. num. 3. lib. 3.*
61 Solennitates autem Testamentorum, juris
omninò positivi, seu civilis existunt. De jure
enim gentium, imò & naturali, unusquisq;
de rebus suis disponere potest per ultimam
voluntatem; sicur vigore eorundem jurium
celebrari queunt permutationes, & alii con-
tractus; De jure verò civili est, quòd hoc
tantùm, vel illo modo, & cum hac, vel illa
solennitate, & non aliter, per ultimam vo-
luntatem disponatur, juxta leges particula-
res; aut consuetudines præscriptas cuiusvis
Reipublicæ aut loci: sicut etiam jure civili,
multa circa Contractus, Legibus ac consue-
tudinibus, variis in locis sunt introducta,
Ludovic. Molina, *de Iustit. & Iur. tract. 2. disp.*
124. in fin.

Nun solle man aber diese minutias in
Fürstlichen Testamenten desto weniger exigi-
ren / weil sölche zumal den privatis odiosæ
62 vnd hochverdrüßlich seynd. Ita enim vetus
inscriptio Neapolitana memoratur à Cu-
jacio, *in Recitat. ad Codic.* in qua ex more pri-
sco, titulo monumenti voluntatis suæ qui-
dam hæc verba præscripsit: Dolus malus,
63 & Juriconsultus abesto. Ac simile huius-
modi Testamentum commemorat Scævol.
in l. Lucius Titius 88. §. 17. ff. de legat. 2. quod &
ipsum adscribere placet: Lucius Titius hoc
meum Testamentum scripsi, sine ullo Juris-
perito: rationem animi mei potiùs secutus,
quàm nimiam & miseram Legum diligen-
tiam: Et si minùs aliquid legitimè, minusve
peritè fecero, pro jure legitimo haberi de-
bet hominis sani voluntas.

Vnd daß gegenwärtig testirende Fürst-
liche Fräwlein auch dieser Meinung gewest/
ist der Vrsach desto weniger zu zweiffeln/ weil
selbiges ihren hochgeehrten Freund vnd Gut-
thäter instituirt. At verò in Testamento 64
facto ad amicum; propter ardorem liciti
amoris, subintelligitur Clausula Codicilla-
ris, seu omni meliori modo, ut post Vasqui.
tradit Iohannes Dauth. *in tract. de testam. fol.*
324. num. 431. & Gabriel. Romanus, *lib. 4 re-*
cept. conclus. tit. de testam. conclus. 5. num. 2. ver-
sic. primò limita.

Ingleichem / weil die Solennitates Te- 65
stamentorum der Vrsachen introducirt, nè
nimia fraudis facilitas, quæ morte Testato-
ris alioqui tegeretur, aliquid possit audere;
l. si unus 12. l. hac consultissima 21. C. de testam.
l. fin. C. de codicill. l. 3. ff. Vnd. liber. Clarus, §. Te-
stamentum, quæst. 56. Covarruv. *in cap. cùm es-*
ses. num. 8. de testam. Ripa, *ad l. nemo, num. 27.*
ff. de legat. 1. Alciatus, *ad l. 1. C. de Sacrosanct. Ec-*
cles. num. 11. & 12. ut & lib. 6. paradox. cap. 7. Do-
nellus, *lib. 6. Comment. cap. 7.* In gegenwär-
tigem Fall aber einige Ohngebühr oder Ge-
fährlichkeit/ tàm ratione Testatricis, quàm
instituti Heredis; mit nichten zu vermuthen;
derohalben kan man/ propter talium solen-
nitatum defectum, dieses Testament mit kei-
nen fugen/ & absque aliqua sugillatione in-
tegerrimæ famæ, Celsissimi Domini Here-
dis, gar nicht verwerffen. Nempe cùm con- 66
stat, fraudem non intervenisse, debetur he-
reditas etiam ex minus solenni testamen-
to, ut multi Doctores magni nominis con-
cludunt, apud Menoch. *lib. 1. præsumpt. 80.*
num. 13. & seq. & Mascardum, *vol. 3. de probat.*
conclus. 1352. num. 16. & 17.

Zum Sechsten / diese vnsere Decision
noch mehr zu bestärcken / kan ebenmässig ex
persona Dominorum heredum ab intesta-
to, ein starck ohnwiedertreiblich Argument
pro Illustrissimo Domino instituto Herede
genommen werden. Namque cùm Principes
honestate, æquitate, & pietate præ cæteris
conspicui esse; hisque virtutibus operam
quàm maximè debeant dare: Als werden deß
testirenden Fürstlichen Fräwleins nächste
Verwandten ihren ohnzweiffenlichen letzten
vnd liebsten/ geminatâque Scripturâ prodir-
ten Willen / in einigen Weg anzufechten /
sich ohnzweiffenlich nicht vnternemmen. Et-
enim honestum, æquum, & pium est, volun-
tates defunctorum, etiam imperfectas, sed
tamen certas, conservari. Et heres ab in- 67
testato, quomôdocunque non habeat de-
functi voluntatem, licèt id ex actu etiam in-
valido cognoscatur, honestè succedere non
potest;

potest, ut in terminis Socinus Iunior tradit,
consil.145. num.7. & num.12. volum.2. Nec
omnia, quæ jure stricto licent, honesta et-
iam censeri debent; eiusq; sententiæ apertè
68 fuit Plinius Iunior, gravissimus Author. Is
namque *lib.2. Epistolarum,* sic ad Annianum
scribit: Admones me Codicillos Attiliani,
qui me ex parte instituit hæredem, pro non
scriptis habendos, quia non sunt confirmati
Testamento. Quod jus nec mihi quidem
ignotum est, cùm sit iis etiam notum, qui ni-
hil aliud sciunt. Sed ego propriam quandam
legem mihi dixi, ut defunctorum volunta-
tes, etiamsi jura deficerent, quasi perfectas
tuerer. Constat enim, Codicillos illos Atti-
liani manu scriptos. Licèt ergò non sint
confirmati Testamento, à me tamen ut
confirmati observabuntur. Et pariter ille
idem, *lib.5.* in hunc modum ad Calvisium
scripsit, Hoc enim, si jus aspicias, irritum:
si defuncti voluntatem, ratum & firmom
est: mihi autem defuncti voluntas (vereor,
quam in partem Iurisconsulti, quod dictu-
rus sum, accipiant) antiquior jure est.

Wann nun Plinius, als ein Heyd/dieser
Meinung gewesen / wie vielmehr soll solcher
Æquanimität ein jeder Christlicher Fürst sich
befleissen? Maximè, cùm Testamentum, cui
desunt solennitates, jure positivo requi-
sitæ, validum nihilominùs existat in con-
69 scientiæ foro. Quippè nam etsi Covarruv.
cap.10. de testam. num. 11. edocere conetur,
tale Testamentum etiam in foro poli non
valere, adeò, ut hæres in tali Testamento in-
stitutus, ut & Legatarius quoque teneantur
ad restitutionem hæredibus ab intestato;
Contraria tamen sententia magis commu-
nis est, quod nec ipse Covarruvias negat:
eumque ingenii duntaxat ostentandi gratiâ,
adversam sententiam defendere fuisse co-
natum, Ludovic. Zuntus, *in consil. pro uxore,*
70 *num.41.* prodit. Hæcque sententia, invin-
cibile item robur ex eo habet, quia commu-
nis opinio Doctorum utriusque juris est, ex
Testamento minùs solenni, oriri obliga-
tionem naturalem, ut testatur Julius Clarus,
§. Testamentum, quæst.90. num.1. & Jason. *in l.
cùm quis, 10. Cod. de jur. & fact. ignorant. num.13.*
nec ipse Covarruvias, *dict. loc. num.10.* negat.
71 Atqui hoc nihil aliud est, quàm testamen-
tum tale in foro conscientiæ validum esse,
ita, ut hæres ab intestato ei satisfacere tenea-
tur; institutusque possit etiam per Evange-
licam denunciationem petere relictum, ac
hæreditatem, cuius possessionem bonâ fide
acquisivit, retinere; quamvis jus civile ex eo
non tribuat actionem, sicut etiam simplex
promissio in foro conscientiæ est implenda,
etiamsi jus civile ex ea non concedat actio-
nem. Et ita Theologi ferè omnes, qui hanc
quæstionē attigerunt, apertè docent, Adria-
nus, *quodlib.6. art.1. illat.2.* Angelus, *verb. hæ-
res. num.5.* Tabiensis, *ibid. num.4.* Sylvester,
*verb. Testamentum, 1. quæst.5. §. quartum, secun-
dum Archidiaconum, & verb. hæreditas. 3. qu.7.*
Iohann. Medina. *tract. de restit. quæst.23. in fin.*
Lopez. *part.2. cap.24.* Sotus, *lib.4. de justit.
quæst.5. artic.3.* Bannesius, *quæst.62. disp.5.* Pa-
riter & Panormitanus, *in cap. quia plerią; de
immunit. Eccles. num.42. & in cap.1. de in in-
tegr. restit. num. ult. & penult.* aliique ex Iuris-
peritis, quos Covarruv. *in cap. cùm esses. de te-
stam.* refert, asseverant, eiusmodi Testamen-
ta valida esse in conscientię foro, modò con-
stet, eam fuisse voluntatem Testatoris. Unde 72
consequenter dicunt, si frater defuncti, qui
ab intestato succedere debeat, sibi omninò
persuadeat, defuncti voluntatem fuisse, ut
extraneus, qui in minùs solenni Testa-
mento reperitur hæres institutus, in bona
ipsius succederet, quòd tunc teneatur in fo-
ro conscientiæ relinquere illi hæreditatem:
licèt ea hæreditas, ipsi fratri, tanquam hæ-
redi ab intestato proximiori, in foro exte-
riori adjudicetur. Quodq; lethaliter peccet
hæres ab intestato, cui de Testatoris volun-
tate constat, si ex eo, quòd hæreditas relicta
fuit alicui extraneo, in minùs solenni Te-
stamento, eam petat in foro exteriori; tene-
reque illi, restituere, non solùm obtentam
hæreditatem, sed etiam damna omnia, ex eo
quòd illam petierit, & obtinuerit, subsecu-
ta, multis docet insignis Theologus & Iure-
consultus, Ludovicus Molina, *tract. de justit.
& jur. tract.2. Disputat.81. sub num.5.* qui idem
num.20. tradit eum, qui sine vitio esset in pos- 73
sessione legati, sibi relicti in minùs solenni
testamento, habere exceptionem adversus
hæredem, illud petentem, nec in exteriori
foro illud solvere teneri: eò quòd esset me-
lior conditio possidentis. Idque affirmant
itidem Bartolus, Emanuel à Costa, & alii,
quos Gamma, *decis.221. & 347.* refert. Et hæc
itidem probari eleganter possunt, ex *l. etsi in-
utiliter. 2. Cod. de Fideicommiss.* ubi Imperator 74
Antoninus sanxit. Non posse per te repeti
fideicommissum relictum à defuncto inuti-
liter (id est, in Scriptura minùs solenni) si tu
sciens voluntatem defuncti, cuius es hæres,
illud præstitisti. Rationem subdit: Quia
non ex sola Scriptura, sed ex conscientia re-
licti fideicommissi, defuncti voluntati satis-
factum esse videtur. Et sic Imperator apertè
præsupponit voluntatem defuncti, de qua
constet per confessionem hæredis, cuius in-
terest, validam esse debere, (aliquo in casu)
etiam in foro externo; etsi per Scripturam
minùs solennem non satis probetur. Et
indè colligunt Iurisperiti, illud idem, quòd 75
jam suprà dictum fuit, scilicet legata, quæ in
Testamento minùs solenni alicui sunt re-
licta, si ab eo possideantur, non solùm posse
in foro conscientiæ retineri, sed etiam in ex-
terno defendi per legitimam exceptionem:
quam

quam sententiam, & Iason dicit esse com-
76 munem, ut refert Covarruv. *num.19.* Con-
fert quoque huc, §. *per traditionem. instit. de
rer. divis.* ubi ita inquit Imperator: Nihil est
tàm conveniens naturali æquitati, quàm vo-
luntatem Domini, volentis rem suam in
alium transferri, ratam haberi; Ergò non est
conveniens naturali æquitati, ut omissio ta-
lium solennitatum (præsertim, si per igno-
rantiam, vel oblivionem, vel impotentiam
proveniat) hanc voluntatem invalidam red-
dat. Valdè enim durum est, ut non possim
testari; vel aliquid legare in favorem amici;
eò quòd desit unus Testis; vel Notarius, &
hanc ob causam amicus teneatur restituere
fratribus meis, vel sororibus, vel cognatis,
quibus ob justas causas nihil volui relictum.
Leonhard. Lessius, *de justit. & jur. lib.2. cap.19.
dubit.3. num.19.* Et quoque tàm Ludovicus
Molina, *dict. disp.81.* quàm etiam Leonardus
Lessius monent; tali in casu potiùs transi-
gendum, quàm non illæsâ conscientiâ jus
strictum exigendum esse.
77 Letzlichen kompt auch hierzu / quòd in du-
bio (in quo sanè casu nos ad minimum ver-
samur) illa opinio eligenda sit, quæ pro Te-
stamento sustinendo faciat, utpotè, quæ be-
nignior existat: Fulgos. *consil.90. in quæstione
Iohannis, col.2. vers. postremo.* Gratus. *Respons.6.
num.26. lib.2.* Barbatias. *consil.6. num.3.4.5.
lib.1.* ubi etiam alleverat, opinionem unius
Doctoris faventem Testamento, præferen-
78 dam esse opinioni communi. Nihil est
enim; quod magis hominibus debeatur,
quàm ut supremæ voluntatis, postquam jam
aliud velle non possunt, liber sit stylus, & li-
citum existat arbitrium, quod iterum non
redit. *l.1. Cod. de SS. Eccles.* publiceque expedit,
suprema hominum judicia exitum habere;
79 *l. vel negare. ff. quemad. testam. aper.* Hinc te-
stantis voluntatem, veluti legem servandam
esse, lex ipsa sancit, §. *disponat. Authent. de nupt.*
80 Ac propterea pietatis & humanitatis intui-
tu amplectenda est sententia illa, quæ pro
sustinendo Testamento facit; *l. si pari judi-
81 cantium, de inoffic. testam.* Ideoque veniens
contra voluntatem Testatoris, censetur jura
pietatis violare, quamvis ipsa voluntas ad-
versetur favori libertatis, *l. contra, volunta-
82 tem, Cod. de Testam. manumiss.* & causam Te-
stamenti piam atque favorabilem, & in du-
bio pro ipsa voluntate, ac Testamento judi-
candum esse, censuit quoque Federic. de Se-
nis, *cons.13. casus talis est quidam Testator, &c.*
cui tres Theologi subscripserunt: Aliosq;
in hunc sensum magno numero allegat Lu-
dovicus Zuntus, *in Respons. pro uxor. num.1075.*
83 Et quod in dubio tenenda sit ista opinio, quę
favet Testamento, etiam ad exclusionem fi-
84 liorum, tradit Grammaticus, *decis.103.* pium-
que esse, defendere Testamentum, quod prę-
textu alicuius omissæ solennitatis impugna-
tur, Paul. Castrensis asserat, *consil.413. Viso
& examinato suprà scripto puncto, col.2. vers.
sed his non obstantibus, lib.2.*

Responsiones ad contraria.

Dieser unserer biß anhero zu verhoffter
Genüge firmirter und außgeführter Decision
kan noch mag selbiges / so in Rationibus du-
bitandi eingeführt / keinen Abbruch gebüh-
ren. Dann anbelangend / daß erstlich fürge-
wendet worden / Principes Germaniæ, alio-
rumque Regnorum, tanquam inferiores, &
Imperatori; vel Regibus subjectos, hocce
Privilegio (nempè, absque solennitatibus
juris civilis testandi) non gaudere, eò quòd
respectu tantùm subditorum suorum Impe-
ratorem; in suo territorio repræsentent,
non verò illo in casu, ubi in Curia superioris
de validitate talis Testamenti disceptatur:
weil hierauff mit gutem Grund geantwortet
wird / quod Imperii Status habeant præro-
gativam ubique; nisi quòd certis in casibus,
Cæsaris, Imperiique Majestatem observare
tenentur. Nec hoc Privilegium, etiam in
Aula, vel Camera Imperiali, inter ipsos, dum
jus dicitur, negligi possit.

Und ist ferner hieoben / in secunda deci-
dendi ratione, zur Genüge außgeführt wor-
den / daß die Principes inferiores, ex com-
munissima opinione, solches Privilegium
haben: Quia scilicet tantùm quoad Impera-
tori, vel Regibus reservata specialia, & sub-
limia jura superioribus suis cedunt; non
quoad illa, quæ talem sublimitatem, vereq;
dictam Majestatem (summam nempe, per-
petuam, & Legibus solutam potestatem)
haud concernunt; Facultas autem liberè, &
absque solennitatibus juris civilis testandi,
minimè est de reservatis summæ, Majestati-
cæque potestatis: cùm quippe (ut suprà ali-
cubi jam deductum fuit) tale Privilegium ab
Imperatoribus, etiam privatis, nulloque ti-
tulo illustri præfulgentibus, haud rarò con-
cedatur: & pariter militibus, parentibusque
ipso jure tributum sit.

Ebenmässig kan die andere dubitandi
Ratio nichts wiederiges verfangen / welche
dahin gehet: daß allein selbige Fürsten / die
ipso actu regieren / und die Lands-Fürstliche
Obrigkeit exerciren / absque scrupulosa so-
lennitate juris civilis, ihren letzten Willen
verfassen mögen. In Bedenckung / das wie-
derig / & quòd nempe Privilegium hocce,
regulariter personam omnem, illustrissimo
titulo insignitam concernire, bereits bey den
Rationibus decidendi erstritten worden. Et 85
facit hûc, quòd concedere Testamentum,
non sit jurisdictionis, nec voluntariæ, neque
contentiosæ, ut in terminis scribit Pruck-
mannus, *in tract. de Regal. §. soluta potestas,
cap.7. membr.3. effect.1. num.10. & seq. fol.651.*
quippe jurisdictio à jure dicendo dicitur.

num. 3.

Hieronymus à Monte, *tract. de finib. cap. 11. num. 3.* Corasius. *miscell. lib. 3. cap. 17. num. 1.*
86 Alciat. *dispunct. lib. 2. cap. 24. in fin.* Valasc. *ad l. imperium, num. 1. ff. de jurisdict. omn. judic.* Vaconius à Vacuna, *declarat. 77. num. 1.* Sed cùm Testamentum conditur, haut dicitur jus. Ergò condere Testamentum, non est
87 jurisdictionis. Secundò, voluntaria jurisdictio tantùm ratione partium ita vocatur. Omnis enim omninò jurisdictio, judicis respectu necessaria est. Bartolus. *in l. Imperium, in fin.* ibique Iason. *num. 33.* Valasc. *num. 269. ff. de jurisdict. omn. judic.* Sed cùm Testamentum conditur, nullæ adsunt partes. Princeps enim, qui Testamentum condit, solus est. Itaque confectio Testamenti, nec voluntariæ jurisdictioni adgregari potest.

Wann dann die Confectio Testamenti nicht ad jurisdictionem gehörig/ als wird deswegen wol geschlossen/ quòd facultas absq; solennitatibus testandi, haud tale Privilegium existat, quod Imperium & jurisdictionem Autocraticam, immediatè, & solùm subsequatur, nec ulli, nisi qui talem jurisdictionem habet, competere queat.

Die dritte Ratio dubitandi, indem nemlich fürgegeben worden/ neminem jura Principis in alieno territorio exercere posse, wird mit eben jetzt angedeuter Distinction hingelegt/ quòd nempe ea tantùm jura in alieno territorio nequeant exerceri, quæ profluunt ex Imperio & jurisdictione, non quæ inhærent personæ, Illustrissimamque Nobilitatem subsequuntur:

Inmassen offenbahr/ daß ein Fürstliche Person/ ob sie gleich in eines andern territorio sich auffenthält/ nichts desto weniger ihr Dignitatem, Titulum, Præeminenz, Stand vnd Würde/ auch was deme anhanget/ behaltet. Zu dem/ vnd ob schon dieses Fürstliche Fräwlein in einem frembden territorio, so ihrem Geschlecht/ Stamm vnd Namen nicht zugehört/ gewesen/ hat doch selbiges/ consensu Domini territorialis, einen Fürstlichen Stand vnd Hofhaltung geführet. Vnd ist mit nichten zu vermuthen/ daß selbiger Fürst/ in dessen Landen dieses testirende Fürstliche Fräwlein sich auffgehalten/ über dessen Person einiger Bottmässigkeit/ ullo casu sich anzumassen/ gewillt gewesen. Darumb dann Lex *cum heredes, Cod. qui testam. facere poss.* & Lex 3. *Cod de testam.* (quæ nempè de Testamento merè subditi, in quo Princeps institutus est, aguot) allhero gantz nicht gehörig seynd.

Was/ zum vierdten/ de Silesiæ Principibus, vnd daß selbige den ohnmittelbahren Ständen deß heiligen Römischen Reichs/ diß Orths nicht zu vergleichen/ erwehnt/ mag auch nichts wiedriges schaffen: dann/ weil solche Fürsten/ ratione generis & familiæ, andern gar wol zu vergleichen/ von Käisrl. Majestät mit Fürstlichem Titul/ Ehr vnd Würde begabt/ auch von allen andern Fürsten/ vnd männiglichen darfür erkennt werden/ zumal in ihren Landen Fürstlichen Gewalt haben/ können wir in keinem Weg sehen/ warumb sie nicht/ sowol als die Fürsten deß heiligen Römischen Reichs/ dieses Privilegii, de quo nunc sermo nobis est, geniessen solten.

Zu dem/ reden diese Doctores, qui inferiotibus Principibus liberam hancce testandi facultatem attribuiren, nicht allein de Principibus Germaniæ, sed aliorum Regnorum, Pontifici Romano, aliisque Regibus subditis. Et certè, familia Principum Ligio-Bregensium, &c. ab antiquo & multis retrò seculis, in Silesia rerum est potita. Ac à Piasto, Poloniæ Monarcha, cuius posteritas longissima annorum spacio, ordine successorio, apud Polonos felicissimè regnavit; continuâ serie, absque ulla interruptione, originem ducit: Nicolaus Henelius *in Silesiographia.* Quodq; Principes Silesiæ jus Ducale & ferè Regium habeant, deducit etiam Schifordegherus, *lib. 3. tract. 29. quæst. 1.*

Belangend die letzte dubitandi Rationem, quòd nempè hoc Testamentum etiam voluntatis ratione, imperfectum sit; nec ideò in vim privilegiati Testamenti valere queat. Ist darauff mit sattsamem Grund zu respondiren; quòd hoc Testamentum (tanquam privilegiatum) omninò pro satis perfecto debeat haberi. Etenim quando testa- 88
tor perfectè suam voluntatem expressit, & pro perfecta habuit; quia scilicet non constat, quòd plus voluit disponere (quod & in dubio præsumi solet) ut quia scripsit in schedula suam voluntatem; sed eam coràm testibus & Notario non publicavit: tunc sanè receptum est, tale Testamentum (in vim Testamenti privilegiati) valere; hancque dicit communem Doctorum opinionem Alexander, *consil. 114. num. 7. vol. 7.* Boërius, *decis. 240. num. 4.* Cephal. *consil. 99. num. 3.* Fernand. Vasq. *in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. sub num. 6. versic. quid dicendum.* Clarus. *§. testamentum. quæst. 7.* Quodque dictum fuit, si reperiatur schedula scripta, vel subscripta, manu propriâ ipsius testatoris, continens eius voluntatem, disponendo de bonis suis: tunc eam non valere, nec in favorem piæ causæ; alteriusve testamenti privilegiati; cùm talis schedula magis præparatio ad disponendum, quàm dispositio debeat haberi, &c. Illud nullatenus pertinet ad nostrum casum; in quo Illustrissima Testatrix, verbis & scriptis sæpè repetitis, voluntatem suam plenè declaravit, & Notarium majoris tantùm cautelæ causâ advocari curavit; sed non potuit coràm eo testari morte præventa. 89
Verùm si appareat ex verbis testatoris, eom adhibuisse mentem delibetatam ad absolvendam

vendam voluntatem, eamque habuisse pro perfecta & absoluta, tunc omnes Doctores admittunt, convocationem Notarii omissam, non efficere, quo minùs subsistat testamentum: hancq; sententiam dicit communiorem, contra Oldradum, Aretinus, *l. si quis cum testamentum, ff de testam.* ac eandem frequentissimo consensu approbatam, ait Fernand. Vasquius, *d. §. 22. num. 6. versic. quid di-*
90 *cendum.* Et quando testator perfectè voluntatem suam expressit, ac declaravit, ipsamq; habuit pro perfecta, expressa & declarata; nempe quia non constat, quòd plus voluerit disponere, quàm disposuerit (quod & in dubio præsumitur, quia nemo censetur habere plus in corde, quàm ore expresserit, ut notanter inquit, in his ipsis terminis Baldus, *in l. si quis cùm testamentum, versic. tertiò notandum, ff de testam.* Ruinus, *consil. 1. sub num. 22. versic. Non obstat, dum tertiò in fin. lib. 2.* Ale-
91 xander, *consil. 74. num. 3. lib. 1.*) Maximè, si in schedula testamenti, heredum adsint institutiones; Isto quidem casu, licet schedula illa coram Notario & Testibus non sit publicata; quamvis hoc testamentum non valeat inter extraneos; valet tamen inter liberos, aut ut aliud Testamentum privilegia-
92 tum, Vasq. *jam modò allegato num. 6.* Sique ex verbis testatoris, & inspectis negotii circumstantiis appareat, quòd tunc omni morâ postpositâ, volebat testari, & habebat voluntatem suam pro deliberata, ac perfectè declarata; ut quia testator ipse in mortis articulo esset constitutus, Notarium accersiri jussisset gratiâ condendi testamenti, & protulisset verba apta ad testamenti confectionem; & tunc vocatio Notarii de jussu testatoris, non suspendit voluntatem ipsius jam perfectam, & absolutam; sed potiùs denotat illius desiderium, ut quo magis voluntas eius sit in aperto, publicum de illa conficiatur instrumentum; quòd licèt factum non fuerit, nihil impedit tamen, quò minùs ipsa testatoris voluntas effectum sortiatur inter liberos, ad pias causas, similibusque Testamentis privilegiatis. Quæ sunt verba Ludovici Zunti, *in jam sæpiùs adducto Respons. pro uxore num. 293.* ubi plures pro ea sententia allegat.

Zu welchem noch ferner kompt / daß das Fürstlich testirende Fräwlein geminatâ scri-
93 pturâ ihren Willen erklärt. Constat autem, quòd geminata verba multum operentur ad significandam mentis deliberationem, & enixam disponendi facultatem: juxta *l. balista, cùm ibi notat per omnes Dd. ff ad Trebell.* & plurima cumulantur eum in sensum per Romanum, *in repetit. l. si vero, § de viro, fallent. 31. sub num. 144. usq; ad num. 163. ff. solut. matrim.* Anton. Corset. *in tract. de verb. geminat. per tot.* Catell. Cotta, *in Memorabili verbo Geminatio.* Roland. à Valle, *consil. 61. num. 15. & 16. lib. 2.* Neviz. *consil. 66. num. 28.* Aymon. Cravetta *consil. 201. num. 42. & Respons. 1. pro genero; num. 133.* Et inter alia geminatio ope- 94
ratur, ut verba enunciativa, propter aliud principaliter emissa; quæ regulariter non operantur, si fuerint geminata; dispositionem inducant, secundùm Bartolum & Angelum, *in l. cùm scimus, C. de agricol. & censit. lib. 11.* Iason. *in l. ex his verbis in 1. limitat. C. de testam. milit.* Anton. Corset. *in d. tract. de verb. geminat. à princ. vers. tertiò verba enunciativa.* Roland. à Valle, *cons. 60. num. 25. lib. 1.* Cephal. *consil. 47. num. 32. & consil. 192. num. 37.*

Vnd weil das testirende Fürstliche Fräwlein nicht allein mit Worten / sondern in zwo vnterschiedlichen Schrifften / ihren letzten vnd liebsten Willen erklärt / wird hierdurch mentis deliberatio, & enixa disponendi facultas also lauter erwiesen / ut nullâ aliâ demonstratione porrò opus esse videatur: cùm 95
nempè geminatio scripturarum temporis intervallo facta, ad majorem & maturiorem deliberationem significandam, plus operetur, quàm geminatio verborum, facta in continenti, post Iasonem, & alios plures à se allegatos, Ludovic. Zuntus, *sæpè laudato Respons. num. 407.*

Quæstio Secunda.

Von der andern Frag / (darinnen man zu wissen begehet / im Fall gegenwärtige disposition für kein perfectum Testamentum gehalten möchte werden / ob solche sonsten als ein Donatio mortis causa, oder ein anderer letzter Will / im Rechten gültig / vnd beständig verbleiben sollt /) ist nunmehr nicht weitläufftig zu handeln / angesehen bereits hieoben operosè erstritten worden / daß solche disposition als von einer Fürstin / vnd vor ihrem Hof-Gesind / aufgericht / nicht allein keiner ferneren solennität vonnöhten gehabt / sondern auch die sonst ab intestato venientes Illustrissimi hæredes, mit Fug vnd gutem Gewissen / vieler Vrsachen halben / deß hochgedacht Fürstlichen Fräwleins extremam ienixissimamque voluntatem, & de cuius certissima consuetudine niemand zweifeln kan / in keinen Weg anfechten sollen noch mögen. Et ita cùm valeat dispositio hæcce ut Testamentum, non opus est disquirere, an valeat jure codicillorum? cùm quippe jus & remedium pinguius, absorbebat id, quod est minùs pingue. Nichts desto weniger / vnd ob schon diese Dispositio nicht als ein Testament gehalten / oder auch nicht von einer Fürstin / sondern allein von einer privat Person auffgericht wäre: & licèt etiam invalidum testamentum non habeat vim Codicillorum, nisi adjecta inveniatur clausula Codicillaris, *l. 29. C. de fideicom. l. 11. C. de test.* 96
manumiss. ac semper, qui instituit hæredem, censeatur voluisse testari, non codicillari,

97 *l.41.C.de testam.* Dessen doch ohnangesehen/
ist bereits auch hieoben in prima quæstione
incidenter angedeutet worden / quòd clau-
sula codicillaris non semper expressè pona-
tur, sed interdum subintelligi soleat; & in-
98 ter alios casus etiam in eo, quando in testa-
mento instituta est persona valdè dilecta, &
benè merita de testatore: quodq; tunc clau-
sula codicillaris taliter subintellecta, eun-
dem operetur effectum, ac si esset expressa,
concludunt sequentes magni nominis In-
terpretes juris, Grammaticus, *decis 62. sub
num.26.versic.quid ergò dicendum.* Cephalus,
consil.294.num.16.lib.2. Mantica, *tract.de con-
jectur.ult.volunt. lib 1.tit.9.num.8.* post Bald.
& Gabriel. qui alios refert, *num.2.* Iohann.
Vaudus, *lib.1.variar.quæst.quæst.27.* Vasquius,
*in tract. de success.progress. §.30. sub num. 40.
versic.tertio casu.* Boerius, *decis 34.sub num.10.*
Francisc.Vivius, *conclus.865.num.18.lib.2.*

Weil dann nicht gelängnet werden kan/
daß in hoc nostro casu persona valdè dile-
cta, vnd welche vmb das testirende Fürstliche
Fräwlein in Ehren hoch verdient/zum Erben
eingesetzt worden/wie auch gar nicht zu zwei-
feln/ dann daß auffs wenigste fünff Manns-
vnd Weibs-Personen bey Auffrichtung die-
ses letzten Willens gegenwärtig gewesen; als
lässt sich hierauß füglich vnd recht schliessen/
quòd dispositio hæcce, etiamsi à persona so-
lummodò privata confecta fuisset; nihil-
ominùs tamen propter clausulam codicil-
larem, jam dicto modo subintellectam, jure
codicilli valere, ex eaque hæreditas jure in-
directo, seu tanquam fideicommissum peti
queat; illudque venientes ab intestato hæ-
99 redes restituere videantur rogati. Notissimi
enim juris est, clausulæ codicillaris hunc
esse effectum, ut si dispositio non valet tan-
quam testamentum; vim tamen habeat ut
Codicillus, *l.quærebatur, ff. de milit.testam.
l.posthumus §.fin.ff.de injust rupt.irrit.fact.te-
stam.l.2. C.de codicill.l.2.§.fin.ff.eod.l.Scævola,
ff.ad Trebell.§.fin.instit.de codicill.& l.fin.C.eod.*
Franciscus Turrerus, *in tract.de clausul. codi-
cill. quæst.3.* modò adfuerint quinque testes.
Turretus, *dict.loc.quæst.17.* zu welchem re-
medio doch / weil diese dispositio als ein
Fürstlich Testament gültig/ diß Orths zu ge-
langen/nicht vonnöhten ist.

Quæstio Tertia.

Belangend die dritte Frag: Ob der in-
stituirte Illustrissimus hæres nicht zum we-
nigsten diß / so selbiger auß der Erbschafft
Hochgedachten Fürstlichen Fräwleins bonâ
fide in Händen hat / wol behalten / vnd im
Rechten behaupten könne? Ist hierbey eben
jetzt ersterwehntes in Acht zu nemmen / daß
nemlichen gegenwärtige dispositio ratione
Testatricis: utpotè Personæ Illustrissimâ di-
gnitate decoratæ, für ein genugsam zierli-
ches Testament zu achten/also consequenter
alle remedia juris, die einem instituto hæ-
redi gebühren / diß instituirten Erbens
Fürstlichen Gnaden in allweg gestattet wer-
den müssen.

Weil dann Ihre Fürstliche Gnaden diß
Orths in jure proditam actionem haben/
können sie noch vil mehr sich exceptione tui-
ten/wann Ihre Fürstl. Gnaden wegen deren
Stuck / welcher possessionem sie bonâ fide
apprehendirt, besprochen oder angefochten
werden solten: cùm nempe certissimi juris
sit, quòd is qui habet actionem, multò magis
exceptionem habere videatur.

Vnd weil/ für das Ander/diese Sach/
als Fürstliche Personen concernirend / co-
ràm Imperatore, tanquam summo Prin-
cipe, ab Illustrissimo instituto hærede, da
Ihre Fürstliche Gnaden ex Testamento agi-
ren / oder dero gleich ein ander remedium
tentiren wollen / angestellt werden kan / hat
man sich daselbsten desto eher einer erwünsch-
ten Victori zu getrösten: quia Princeps ju- 100
dicat remotis solennitatibus, & solâ veri-
tate facti inspectâ. *cap. ad petitionem. de accu-
sat.* & tradit Baldus, *in cap.1. §.1. de nov.form.
fidel. & in l.ult. §.1. ad fin. Cod.de jur. deliber.*
Bartolus, *in l.Æmilius.ff de minor.* & consen-
tit Anthonius de Butrio, *in cap.2. in princ. de
juram.calumn.* ut & Alexander, *consil.6. circa
processum, colum.1. vol.3.* item Aretinus *consil.
83. diligenter ponderatis, colum.3.* Quo casu 101
sufficit probatio voluntatis, secundùm veri-
tatem, licet deficiant solennitates juris posi-
tivi, ut tradit Baldus, *in l.sol.im. Cod.de restit.*
& Aretinus, *cons.127.in causa Domini Antonii,
col. 2.* qui loquitur in terminis Testamenti
nulli, ob defectum solennitatis requisitæ,
ubi tamen constat de voluntate defuncti.
Hucque etiam facit consilium notatu di- 102
gnum Philippi Decii, *incip. Casus de quo in
fine,631.num.7.vol.4.* ubi dicit expressè, quòd
licet ultima voluntas de stricto jure non di-
tur probata, ob defectum solennitatis: ta-
men, si judices, qui possunt juris solennitate
non obstante judicare, habent conscien-
tiam sic informatam, talem verè fuisse vo-
luntatem Testatoris, illo in casu, secundùm
eorum conscientiam posse judicare, & vo-
luntatem ipsam confirmare.

Für das Dritte/ wann schon dieses alles
nicht wäre/ vnd nemlich mehr gesagte dispo-
sition nicht als ein Testament Krafft haben/
zumal die hæredes ab intestato auffzuschrei-
ben / vnd genugsame remonstration, diß
Orths habenden Rechtens vnd Billichkeit/
sich wieder all besser geschöpffte Hoffnung
nicht informiren, oder das Gewissen rühren
lassen wolten / könte doch Illustrissimus Do-
minus hæres, auch in foro fori, seu externo,
selbiges / so Ihre Fürstliche Gnaden bonâ
fide

hide von streittiger Erbschafft besitzen/vnd in
Handen haben / expeditissima exceptione
tuiren, vnd damit wiederige intentiones eli-
diren, oder hinter sich treiben : in Erwegung/
wie hieoben bey der ersten Quæstion bereits
guter massen außgeführt / etiam ex imper-
fecta voluntate, obligatio naturalis ent-
103 springt. Is autem, cui aliquid naturaliter
debetur, si ullius possessionem sine vitio
nanciscatur, exceptione se defendere potest.
Est enim fundamentum hujus obligationis,
sola æquitas naturalis. Duarenus, *de obligat. & actionib. cap. 2. & de condict. indeb. cap. 6.* hu-
jusque effectus est, quod & suo modo rei
præstandæ necessitatem habet, & compen-
sationem, retentionem, exceptionemque
parit. *l. frater à fratre. ubi Dd. ff. de condict. in-*
104 *deb.* Donellus, *lib. 12. Comment. cap. 2.* Quòd
autem in specie imperfectum Testamen-
tum talem pariat obligationem, apparet *ex*
105 *l. ult. Cod. ad L. Falcid. l. 2. Cod. de fideicommiss. l. 16. §. 1. Cod. h. t.* & id latè probat Fachin. *con-
trovers. lib. 4. cap. 5.* ac facit huc inprimis *cap.*
106 *cùm esses. 10 extr. de testam.* ubi dicitur : Testa-
mentum factum coràm Presbytero, & duo-
bus Testibus (qualiter hoc nostrum confe-
ctum fuit) valere, secundùm juris naturalis,
107 & divini æquitatem. Quodque ex minùs so-
lenni voluntate oriatur obligatio naturalis,
voluit pariter Glossa, Iacobus Butrigarius,
Bartolus, Baldus, Angelus, & alii, quos refert
& sequitur Corneus, *consil. 298. num. 27. lib. 1.*
Capyzius; *decis. 89. num. 1.* confert optimè
consilium Tiberii Deciani, *46. num. 89. lib. 2.*
108 Quodque hæres, qui habet consensum &
voluntatem veram Testatoris, licet disposi-
tio careat solennitatibus juris, & sit nulla
voluntas ipsa : licitè tamen possit res hære-
ditarias retinere, prodit Felin. *in cap. 1. de con-
stitut. num. 48.* qui idem dicit, ita tenuisse Car-
dinalem, & ultrà eum hoc idem voluit Bal-
dus, *in l. 1 Cod. de testam sub. num. 5* allegat iti-
dem Innocentium, *in cap. qui. plerique, extr. de
immunit. Eccles.* & Azonem, *in summ. eiusd. tit.*
109 *de testam.* Sicque; dispositio informis, ubi de
voluntate testatoris non dubitatur, parit na-
turalem obligationem, indeque; possunt jam
acquisita & adepta bona retineri.; cùm faci-
lius quid retinendum concedatur quàm pe-
tendum, aut de novo acquirendum, *l. 1. & 2. ff. de condict. ob turp. caus.* & multa facta te-
nent, quæ fienda non concederentur, *l. patre
furioso. ff. de his, qui sui, vel alien. jur. sunt cum*
110 *vulg. sub.* Et notabile maximè est, quod
Petrus de Ancharano *consil. 429 incip. pro
evidentia, ad fin.* scribit : Libertas testandi est
inducta de jure naturali; & est liberi arbitrii,
l. 1. Cod. de SS. Eccles. & ideò sola naturalis ob-
ligatio, quæ oritur ex voluntate quocunque
modo expressa, quia fundatur in æquitate,
est efficax agendum saltem de jure Cano-
111 nico, *cap. 1. de pact.* Ac subdit ibidem An-
charanus, quòd qui contra talem simplicem
voluntatem defuncti, licèt non solennem,
judicaret, faceret contra veritatem, quæ nul-
lo modo est infringenda, *can. veritate, dist. 7.*
ac per consequens, faceret etiam contra
Christum, qui dixit : Ego sum veritas, &c.
Sed contrà Christum nihil licitè potest at-
tentari, *can. ult. distinct. 8.* Hactenus Ancha-
ranus. Adde Honded. *2. consult. 58.* Bona-
cinam, *de restitut. fol. 348.* Dn. Herbaius, *rer.
quotid. cap. 11.*

Quæstio IV. & ultima.

Bey dieser vierdt- vnd letzten Quæstion
halten wir gantz vnstreittig zu seyn / daß deß
instituti hæredis, Fürstl Gnaden/ den hære-
dibus ab intestato gar nicht das vollkom-
mene Inventarium der gantzen Erbschafft/
sondern allein dessen Theils/ darbey sie inter-
essirt, von Rechts wegen zu ediren haben.

Dann weil sie allein in re certa, (nemlich
in einem gewissen Theil) der Rechthängigen
Forderungen/ oder actionum instituirt; also
per vulgatissima jura, pro Legatariis zu hal-
ten seynd / könten sie kein interesse ratione
der gantzen Verlassenschafft prætendiren :
petenti autem exhibitionem Tabularum, 112
obiici potest exceptio, tua non interest. Ita
communiter concludunt Canonistæ, teste
Ferrariensi, *in forma. p. instrum. copia. num. 3.
in verb cum anno.* Doctores, *in l. 1. §. editiones,
ff. de edend.* & debet de prætenso interesse, ju- 113
dici summariè constare, nec soli assertioni
petentis editionem Instrumenti, est creden-
dum: & est textus expressus huncin sensum,
in l. 3. §. sciendum, ff. ad exhibend. Nec enim
æquitas ratio permittit, ut aliorum instru-
mentorum inspiciendorum, patrimoniique;
explorandi potestas, alteri fiat. *l. qui accusare,
& l. fin. Cod. de edend. ac utrobique Doctores.* Et 114
porrò si alicui edi debet Instrumentum, suf-
ficit, communicare copiam capituli illius,
quod ad causam facit, nec opus est totum
edi, pulchrè Bartolus, *ad Rubric. ff de nov oper.
nunciat. num. 7.* ibidemque Iason. *num. 8.*

Quò fit, quòd quando instrumentum ali- 115
quod esset inutile, & non faceret ad causam,
illius editio peti non potest, quia cessat æqui-
tas, & calumnia petentis innotescit. Baldus,
*in Rubric. Cod. de fid. instrum. num. 22. vers. con-
clusio sequitur.* Berous, *consil. 19. in caus. num.
12. & 18. lib. 3.* frustrà enim fit, quod factum
non relevat, *l. aliquando. §. sub conditione, ad
Trebell. & l. si quis. §. exigitur, de edend. ibi, ne
fortè vel supervacuas.* ac ibidem Angelus no-
tat, & concordantes allegat. Ita, quòd, si 116
quandò Instrumentum sit edendum, tunc
non totum, sed particula tantùm ad causam
faciens, edi debet. *l. argentarius, ff. de edend.
& Doctores,* Bartolus & Baldus, *in l. precibus,
C. de precib. Imperat. offerend.* Natta, *consil. 8.
num. 1.*

Potrò etiam constat, quòd Inventarium
117 sit caput rationis reddendæ, Bartolus Castr. ac Imola, *in l. cùm tale. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* ubi etiam Baldus tradit, hæredem, qui adstringitur ad reddendam rationem Fideicommissario universali, rerum hæreditariarum, teneri ad confectionem Inventarii; quod est caput rationis reddendæ; consentit Curt. Sen. *cons. 29. ad fin. & cons. 66. col. 8. circ. fin ut & in tract. de sequestr. n. 17.* Ias. *in l. Mar-*
118 *cell. n. 61. ad Trebell.* Nam per ipsum fit facilior redditio rationis, *l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rationib. distrahend.* Angel. *cons. 44. n. fin.* quem sequitur Boëri. *decis. 61.* ubi concludit, quòd Inventarium dicatur caput omnium rationum. Cùm ergò Illustrissimus institutus hæres, Legatariis illis, non nisi quò ad nomina, ac actiones, vnd so viel die Schuldforderungen betrifft/ rationem reddere teneatur: Sequitur, illum nec eorum nomine aliud Inventarium (dann so viel die Schuldforderungen anbelangt/ vnd da obverstandene Legatarii ein Interesse prætendiren, vnd Rechnung zu erfordern/ befugt) conficere vel ede-
119 re teneri. Et conficit hæres tantùm Inventarium generale, eo fine, ne Legatariis & Creditoribus ultra vires hæreditarias satisfacere teneatur, *l. fin. §. Si quis autem temerario, ubi Dd. Cod. de jur. deliber.* ibique Glossa & Angelus, *in § si verò non fecerit, in Authent. de hæredib. & Falcid.* Paul. de Castro. *cons. 164. col. 2.* Alciat. *consil. 1. num. 7. & consil. 195. in princ.* Cotta, *in memor. Incip. Inventarii confectio, in princ.* Ferdinand. Vasqui. *tract. de success. creat. §. 1. num. 26. vers. ab ista autem.* Itaq; ex omnibus hisce apparet, celsissimum nostrum hæredem, qui hisce Legatariis ex mente Illu- 120
strissimæ Testatricis omninò satisfacere cupit, ad talis generalis Inventarii confectionem & editionem non teneri, sed tantùm ad Articulum, qui ad eos spectat: argumento traditorum à Bartolo, *in l. si hæreditas, in fin. princ. ff. de testam. tutel.* & à Saliceto. *in l. tutores, col. penult. versic. quæro undecimò, Cod. de administrat. tutor.* Ac tantùm de hisce quatuor Quæstionibus disserere lubuit: spicilegia quasi legendo, cùm aliorum præclarissimorum Jurisconsultorum Responsa jam extent, quibus Illustrissimi Domini Actoris clarissimè deductum fuit.

Consilium CCLXXIII.

De intentato possessorio, wegen einer Weyd-Gerechtigkeit.

DJe von E. E. W. vnd Gn. vns eingelieferte Gerichts-Handlungen/ in Sachen/ sich haltend/ zwischen Schultheissen/ Vierleuten/ Gericht vnd Gemein deß Fleckens M. Klägern eines: So dann/ Herrn Verwaltern deß Closters H. Ampts halben; wie auch Amptmann/ Vierleuten/ Gericht vnd Gemeind deß Fleckens H. Beklagten/ anders theils: Haben wir/ so bald solches vnser anderer obligender Verrichtungen halber füglich beschehen mögen/ begehrter massen vnter Hand genommen/ selbige mit Fleiß durchlesen/ in reiffe Deliberation vnd Berahtschlagung gezogen/ auch befunden/ daß von den Klägern retinendæ Possessionis Remedium, ex interdicto uti possideris, &c. angestellt vnd gebraucht worden/ welches nicht allein ex inscriptione libelli, so sie Articulos possessorios nennen; Sondern auch auß beygefügter Conclusion vnd Petition zu vernemmen/ so dahin gerichtet/ daß sie bey ihrer Possession deß Weyd-Besuchs/ in strittigen dreyen Höltzern/ bestättigt/ entgegen der Widertheil angemasste Einträg abgeschafft/ deßwegen auch dieselbige zu gebührender caution, sampt Abtrag Kosten vnd Schadens/ angehalten werden
1 sollen. Hancce petendi formulam, in actione interdicti uti possidetis, præscribit Iohann. Oldendorpius, *de actionib. class. 2. act. 4.*
2 *de Interdicto uti possidetis.* Aeque quod remedio huius Interdicti etiam ei succurratur, qui turbatur in juris cujusdam, reiq; incorporalis possessione, adserit Iohannes de Ferrat. *ad formam libelli de turbata possessione, verb. coram vobis. n. 3.* quod præsertim quasi 3
possessione juris pascendi, accommodat Jacob. Menoch. *retinend. possess. remed. 3. n. 137. cum seq.*

Hingegen die Antworttere/ in erfolgter Litis Contestation, nicht allein begehrt/ sie von eingewandter Klag zu erledigen; sondern auch zu erkennen/ gebetten/ daß Klägere ihne mit vorgenomener turbirung vnd Gebrauch/ in ihr Beklagten/ quasi Possession, in ermeldten dreyen Höltzern zu weyden/ vnrecht gethan/ sich fürohin derselben zu enthalten/ vnd hierumb/ neben Bekehrung Kosten vnd Schadens/ genugsame Versicherung zu thun/ schuldig seyen. Quæ petitio à forma 4
huius Interdicti aliena non est: cùm interdictum illud duplex sit, ac uterque litigantium, & actoris & rei personam sustinere censeatur, uterque scilicet possidere, & ut pro possessione sua pronuncietur, intendat, *l. 3. §. hoc interdictum. ff. uti possidet. §. tertia. Divisio inst. de interdict.*

Vnd wann gleich die Kläger ihre Beweisung solcher massen angestellt/ daß sie auch das Petitorium vmb etwas berühren möchte: Jedoch/ was gestalt dieselbige von instituirtem remedio possessorio abzuweichen/ nicht gesinnt/ haben sie in einkommenen Schrifften genugsam zu verstehen gegeben/
bevorab/

bevorab / in ihrer schließlichen Widerlegung/ꝛc. versic. Vmb das vierdt vnd fünffte notabile. Jnmassen nicht vngewohnt/ daß in possessorio hoc remedio, prætensa possessio mit dergleichen adminiculis colorirt vnd justificirt werde. De quo Menoch. *alleg. remed.3 num.587.*

Wann derowegen / in Verfassung der Vrtheil/ die Petition vnd instituirte Action, ohne befahrende Nullität / nicht ausser Acht gelassen werden kan/ als wird bey gegenwärtiger Sach allein auff das possessorium nohtwendiglich gesehen/ vnd das petitorium auff diß mal beyseits gestellt werden müssen.

6 Weil aber/ zu Bestärckung dieses remedii possessorii, zwey substantialia requisita, vnd wesentliche Stuck erfordert werden: daß nemlich/ vnd zum Ersten/ der Kläger zu Zeit beschehener turbation vnd litis contestation in possessione vel quasi sich befunden ; vnd dann / zum Andern / daß er in solcher Besitzung von dem Beklagten turbirt vnd belästiget worden. Der Vrsachen wird nunmehr in fleissiger Obacht zu halten seyn / ob die Klägere / denen von Rechts wegen Beweisung obgelegen / solche requisita gebührend bescheint/ vnd dargethan haben?

7 Anlangend das erste requisitum, vnd possessionem vel quasi strittiger Zutriebs-Gerechtsame / können. in reiffer Erwegung einkommener attestationum, wir nicht anderst befinden / dann daß die Kläger selbige genugsam beygebracht haben. Sintemalen/ was Gestalt sie nicht allein vor viertzig vnd mehr Jahren mit ihrem Vieh die Weyden/ in erwehnten dreyen Höltzern / frey vnd offentlich / vielfältig besucht/ sondern auch vor fünffzehen/ acht / vnd weniger Jahren hero/ sich ebener Gestalt solcher Gerechtigkeit gebraucht / wird von vielen bewerthen/ außgesessenen vnd frembden Zeugen vmbständlich außgesagt ; welche depositiones allhie vnterschiedlich zu widerholen / thun wir für ohnnöhtig / weil solches in Gerichtlich einkommenen productis weitläuffig beschehen / erachten. Auch über diß/ daß zu Zeit vorgenommener turbation, die Klägere strittige Weyden / so viel dero auffgethan gewesen/ mit habendem Vieh besucht / seyen die Beklagte selbst/ in eingelegtem vnterthänigen Bericht/

8 nicht in Abred. Accedit, quòd is, qui olim possedit, etiam hodie possidere præsumatur; atq; ex possessione de præterito, conjectura ducatur ad possessionem de præsenti, *l.3.§ in amittenda & § cùm.servus.ff.de amittenda poss. l.si rem meam. ff. de except.rei judic.* Everhard. *in topic.loc. de tempore. ad tempus.num.16.*

9 *versic.aut quæritur de possessione.* Inde, quod sufficiat, si agens interdicto uti possidetis, probet olim se possessione usum fuisse, tradit Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21.num.4.* Covarr. *cap.possessor.part.2.§.1.n.4. vers.quin & interdicto.de reg.jur.in 6.* Menoch. *de præsumpt.lib.6.præsumpt.64.num.15.* Quod 10 quoque extendunt Doctores, etiamsi posteà probetur actus contrarius. Paul. de Castro. *in l. sive possidetis.num.5. Cod.de probat.* Socin. Iun. *consil.15. num.1. lib.5.* quos sequitur Menoch. *d. præsumpt. num.34.* Effectus enim 11 huius actus contrarii per contradictionem tollitur, ut apparet ex iis, quæ traduntur à Georg. Everhard. *cons.65. num. 20. & 21. junct. num.11.* Præterea, qui præteritam probat 12 possessionem, etiam litis contestatæ tempore, in possessione fuisse censetur. Menoch. *retin.possess.rem.2.num.556.cum.seq.* Mascard. *de probat.conclus.1190.num.35.* Cùm in hoc, 13 de quo agimus interdicto, sola civilis possessio, quæ animo retinetur, sufficiat, *§. Possidere autem.Instit. de interdict.* Ferrar. *in form. libelli pro turbata possessione. in verb.hodie tenet & possidet.num.2.& 3.* Ac ex possessione præ- 14 sentis præteritiq; temporis, ad intermedium haud incongruè arguatur tempus. *arg. c. inter dilectos.ex.de fid.instrum.* Ias. *in l. talis scriptura.in princ.num.5.de leg.1.* Alciat. *reg.2.præsumpt.22.num.1.* Covarr. *in d.c.possessor.part.2. §.1. num.1. vers.præmissa tamen.* Mascard. *de probat.conclus.1190.num.35.*

Quæ possessio, cùm præsertim diuturno 15 nitatur tempore, ex juris præsumptione, censetur haud injusta, *l. quædam mulier.ff.de rei vendic. l.1. §.1.ff.de except.rei judicat.l.2. C. de acquirend.possess.* & in quasi possessione juris servitutis, est text. *in l.si à re.ff.si servit.vendic.* Cravett. *consil.229.num.5.* Pedemontan. *decis.21. num.6.*

Hinc quoque in hoc interdicto posses- 16 sionem probans, eo ipso præsumitur bonâ fide, nec clam, nec precario, familiaritatis solum jure possidere. *l.penult.C.de evict.* Menoch. *allegat.remed.3.num.600.& 601.ac de recuper possess. remed.13. num.63.* Mascard. *tract. de probat. conclus.1190. num.53.*

Vnd ob gleich die Beklagte hierwider 17 eingewendt/ daß in deß Closters Läger-Buch/ bey beschreibung gemeiner Weyd/ deren von M. keine Meldung beschehe/ auch die Closters Verwaltere ihnen niemals einiges Zutriebs bekantlich gewesen/ daß auch immemorialis temporis præscriptio nicht genugsam erwiesen solte seyn/ vnd angegebner Zutrieb ihnen von M. auß guter Nachbarschafft/ familiaritatis jure, ohne tringende Schuldigkeit beschehen ; Jedoch seyen diese vnd dergleichen vorgewendte Behelff / theils in hoc possessorio judicio vnerheblich / theils auch thut sich wider dieselbige bey obiger deduction genugsame Antwort befinden. Daß also von den Klägern diß erste requisitum intentatæ actionis rechtmässig fundirt worden.

Anreichend das andere Requisitum, nemlichen die geklagte Turbation : Jndeme

Klägere sich beschweren / sie wären von den
Antwortern in dieser ihrer quasi Possessione
juris pascendi, molestirt, turbirt, vnd so viel
an ihnen / abgetrieben worden ; hat man sich
bey denselbigen nicht auffzuhalten ; Ange-
sehen / daß Beklagte die Kläger an ihrem Zu-
trieb verhendern / ist für sich selbsten offenbar /
auch solches auß gegenwärtiger schweren
Rechtfertigung überflüssig zuerkennen. Cùm
18 Reus turbet eo ipso, quod sese opponit in
judicio. Speculat. *in tit. de actionib. seu petit. §. super petit. num. 6. versic. sed nunquid habeo:* Rolandus à Valle, *consil. 9. negari non potest. num. 10. & 11. vol. 3.* Mascard. *d. conclus. 1190.*
19 *num. 27.* Et quandocunque quis aliquem
prohibet uti jure vel servitute fundi, veluti pascere, aut alium possessionis actum facere, dicitur enim in quasi servitute turbare. *l. sicuti. §. Aristo. ff. si serv. vend.* Georg. Ever-
20 hard. *consil. 65. num. 9. vol. 1.* Nec semper opus
est, ut turbantis vel dolus vel culpa probetur; Etenim, ut locus sit Interdicto, ad compellendum conventum, quòd à turbatione desistat, sola turbatio sufficit sine aliqua culpa. Iohann. de Ferrar. *in pract. in d. form. lib. pro possess. turbat. verb. & in eo nititur. in fin.* Menoch. *de remed. & num. 604.*

In Betrachtung dieses alles / vnd weil Klägere sowol die possession als turbation erwiesen / auch hierdurch intentirtes Remedium possessorium genugsam bestärcket : als wird / ihrem Begehren gemäß / erkennt werden müssen. Ausserhalb / daß die Klägere / auch auff Abtrag Kosten / Schadens / vnd abgehender Nutzung getrungen ; darvon die Beklagte billich zu absolviren, sintemal bey den Antwortern kein dolus oder scheinbarliche culpa befindlich / sie sich auch deß Fürstlichen Rescripti zu behelffen. In gleichen zu recht versehen / quòd in præsenti judicio pos-
